1. Aemilius, quī miles fort_____ est, gladium brev_____ et lev_____ fert.
2. Militī fort_____ Rōmān_____ est gladius brev_____ et lev_____ .
3. Miles Rōmān_____ gladiō brev_____ et lev_____ armātus est.
4. Rōmānī, militēs fort_____ , gladiōs brev_____ et lev_____ ferunt.
5. Militibus fort_____ Rōmān_____ sunt gladii brev_____ et lev_____ .
6. Militēs Rōmān_____ gladiīs brev_____ et lev_____ armātī sunt.
7. In anulō Aemiliae est gemma magn_____ et grav_____ .
8. Aemilia gemmam habet magn_____ et grav_____ .
9. Aemilia gemmā magn_____ et grav_____ ornātur.
10. Pretium gemmae magn_____ et grav_____ est sēstertii centum.
11. Aemilia mult_____ gemmās grav_____ habet.
12. Magnum est pretium gemmārum grav_____ .
13. Ōs vocābulum nōn long_____ , sed brev_____ est; in hōc vocābulō brev_____
duae litterae sunt.
14. Ōs et pēs vocābula nōn long_____ , sed brev_____ sunt.

Lēctiō III

gladius/hasta gravis
scūtum grave

-us/-a	-is
-um/-am	-em
-ī/-ae	-is
-ō/-ae	-ī
-ō/-ā	-ī
-um	-e
-ī/-ae	-ēs
-ōs/-ās	-ēs
-ōrum/-ārum	-ium
-īs	-ibus
-a	-ia

gladius/hasta gravior
scūtum gravius

-ior -iōrēs
-iōrem -iōrēs
-iōris -iōrum
-iōrī -iōribus
-iōre -iōribus
-ius -iōra

altus
castra
dēfendere
dividere
equitātus
expugnāre
fortis
fossa
fugere
iacere
impetus
lātus

metus
mīlia
oppugnāre
passus
vāllum

Exercitium 14

1. Via Appia long _____ et lāt _____ est quam via Latīna.
2. Multae viae long _____ et lāt _____ sunt quam via Latīna.
3. Saccus Syri lev _____ est quam saccus Lēandri.
4. Syrus saccum lev _____ portat quam Lēander.
5. In saccō lev _____ sunt pira.
6. *Iūlius* nōmen brev _____ est quam *Cornēlius*.
7. Litterae Graecae nōmina long _____ habent quam Latīnae.
8. Rōmānī pīlis brev _____ et lev _____ pugnant quam Germānī.
9. Militēs Rōmānī fort _____ sunt quam Germānī et duci fort _____ pārent quam illi.
10. Dux Rōmānus fort _____ est quam dux Germānōrum et mīlitibus fort _____ imperat quam ille.
11. Cornēlius equum fōrmōs _____ habet quam Iūlius; Cornēlius dominus equi fōrmōs _____ est.
12. Ōrnāmenta fēminam pulchram pulchr _____ facere possunt.
13. Quod ōrnāmentum pulchr _____ est quam ānulus gemmātus?

Exercitium 15

1. Militēs Rōmānī in _____ habitant.
2. Circum castra vāllum et _____ est.
3. Vāllum prope x pedēs _____ est et duo _____ [MM] _____ longum.
4. Via quae castra in duās partēs _____ centum pedēs _____ est.
5. Cum hostēs castra _____, Rōmānī _____ ascendunt.
6. Hostēs castra _____ nōn possunt, quia Rōmānī castra _____.
7. Hostēs pīla in castra _____ nōn possunt.
8. _____ [= equitēs] in hostēs _____ facit.
9. Hostēs arma ad terram iaciunt ac _____.
10. Miles _____ nōn fugit et sine _____ [= timōre] hostēs oppugnat.
11. Rhēnus est flūmen longum et lātum et _____.

Exercitium 16

1. Ubi habitant mīlitēs Rōmānī? ...
2. Ubi sunt castra in quibus Aemilius habitat? ...
3. Cūr nūllī puerī in castrīs habitant? ...
4. Quid est circum castra Rōmāna? ...
5. Quam altum et quam longum est vāllum castrōrum? ...
6. Quot portae in castra dūcunt? ...
7. Quam lāta via est inter duās portās? ...
8. Cum castra oppugnantur, quid agunt Rōmānī? ...
9. Quibus armīs vāllum dēfenditur? ...
10. Quid facit mīles fortis quī ab hoste petitur? ...
11. Quō fugiunt Germānī? ...
12. Cūr pīla Germānōrum procul iaci nōn possunt? ...
13. Cūr Germānia ā Rōmānīs nōn expugnātur? ...
14. Num Rōma ab hostibus expugnārī potest? ...

Lēctiō grammatica (versūs 143–225)

Exercitium 17

Dēclinātiō quārta

Exemplum: *man|us*, gen. sing. -ūs, f.

- | | Sing. | Plūr. |
|---------|--|------------------|
| 1. Nōm. | <i>man</i> _____ | <i>man</i> _____ |
| 2. Acc. | <i>man</i> _____ | <i>man</i> _____ |
| 3. Gen. | <i>man</i> _____ | <i>man</i> _____ |
| 4. Dat. | <i>man</i> _____ | <i>man</i> _____ |
| 5. Abl. | <i>man</i> _____ | <i>man</i> _____ |
| 6. | <i>Manibus</i> est _____ aut _____ plūrālis. | |
| 7. | <i>Manū</i> _____ <i>singulāris</i> est. | |
| 8. | <i>Manū</i> _____ _____ est. | |
| 9. | <i>Manum</i> _____ _____ est. | |
| 10. | <i>Manus</i> _____ _____ est. | |
| 11. | <i>Manūs</i> est _____ <i>singulāris</i> aut _____ aut _____ plūrālis. | |
| 12. | <i>Manuum</i> _____ _____ est. | |

Exercitium 18

Exemplum: *Mūrus altus. Porta alta. Vāllum altum.*

1. *Alt|us -a -um* est _____ *prīmae et secundae dēclinātiōnis*.
- | | Singulāris | | | Plūrālis | | |
|---------|------------------|------------------|------------------|------------------|------------------|------------------|
| | Masc. | Fēm. | Neutr. | Masc. | Fēm. | Neutr. |
| 2. Nōm. | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ |
| 3. Acc. | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ |
| 4. Gen. | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ |
| 5. Dat. | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ |
| 6. Abl. | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ | <i>alt</i> _____ |
| 7. Voc. | <i>alt</i> _____ | | | | | |
8. Masculīnum: *altus* est _____ , *altum* _____ , *altōs* _____ plūrālis, *altī* _____ *singulāris* aut _____ plūrālis, *alte* _____ .
9. Fēminīnum: *alta* est _____ *singulāris*, *altam* _____ , *altās* _____ , *altae* _____ aut _____ *singulāris* aut _____ plūrālis, *altā* _____ , *altārum* _____ .
10. Neutrum: *altum* est _____ aut _____ *singulāris*, *alta* _____ aut _____ plūrālis.
11. Masculīnum et neutrum: *altī* est _____ *singulāris*, *altō* _____ aut _____ *singulāris*, *altōrum* _____ .
12. *Altīs* _____ aut _____ plūrālis est.

Lēctiō grammatica

dēclinātiō IV
(gen. sing. -ūs)

	sing.	plūr.
nōm.	-us	-ūs
acc.	-um	-ūs
gen.	-ūs	-uum
dat.	-uī	-ibus
abl.	-ū	-ibus

adiectīvum

dēcl. I et II

	masc. sing.	plūr.
nōm.	-us	-ī
acc.	-um	-ōs
gen.	-ī	-ōrum
dat.	-ō	-īs
abl.	-ō	-īs
voc.	-e	
fēm.		
nōm.	-a	-ae
acc.	-am	-ās
gen.	-ae	-ārum
dat.	-ae	-īs
abl.	-ā	-īs
neutr.		
nōm.	-um	-a
acc.	-um	-a
gen.	-ī	-ōrum
dat.	-ō	-īs
abl.	-ō	-īs

adiectivum		
dēcl. III		
masc./fēm.		
	sing.	plūr.
nōm.	-is	-ēs
acc.	-em	-ēs
gen.	-is	-ium
dat.	-ī	-ibus
abl.	-ī	-ibus
neutr.		
nōm.	-e	-ia
acc.	-e	-ia
gen.	-is	-ium
dat.	-ī	-ibus
abl.	-ī	-ibus

comparativus (comp.)		
masc./fēm.		
	sing.	plūr.
nōm.	-ior	-iōrēs
acc.	-iōrem	-iōrēs
gen.	-iōris	-iōrum
dat.	-iōrī	-iōribus
abl.	-iōre	-iōribus
neutr.		
nōm.	-ius	-iōra
acc.	-ius	-iōra
gen.	-iōris	-iōrum
dat.	-iōrī	-iōribus
abl.	-iōre	-iōribus

Cap. XIII*Lēctiō I*

decimus
duodecimus
nōnus
octāvus
primus
quārtus
quīntus

Exercitium 19Exemplum: *Saccus gravis. Gemma gravis. Scūtum grave.*

1. *Gravis* -e est adiectivum _____ dēclīnātiōnis.
Singularis Plūrālis
Masc./Fēm. Neutr. Masc./Fēm. Neutr.
2. Nōm. *grav*_____ *grav*_____ *grav*_____ *grav*_____
3. Acc. *grav*_____ *grav*_____ *grav*_____ *grav*_____
4. Gen. *grav*_____ *grav*_____ *grav*_____ *grav*_____
5. Dat. *grav*_____ *grav*_____ *grav*_____ *grav*_____
6. Abl. *grav*_____ *grav*_____ *grav*_____ *grav*_____
7. Masculinum et fēmininum: *gravis* est _____ aut _____
singularis, *gravem* _____, *gravēs*
_____ aut _____ plūrālis.
8. Neutrum: *grave* est _____ aut _____ singularis,
gravia _____ aut _____ plūrālis, *gravis*
_____ singularis.
9. *Gravī* _____ aut _____ singularis est.
10. *Gravibus* _____ aut _____ plūrālis est.
11. *Gravium* _____ est.

Exercitium 20

Comparativus

Exemplum: *Gladius longior. Via longior. Pilum longius.*

1. *Longior* -ius -iōr|is est _____ adiectivī.
Singularis Plūrālis
Masc./Fēm. Neutr. Masc./Fēm. Neutr.
2. Nōm. *longior* _____ *longius* _____ *longiōr*_____ *longiōr*_____
3. Acc. *longiōr*_____ *longius* _____ *longiōr*_____ *longiōr*_____
4. Gen. *longiōr*_____ *longiōr*_____ *longiōr*_____ *longiōr*_____
5. Dat. *longiōr*_____ *longiōr*_____ *longiōr*_____ *longiōr*_____
6. Abl. *longiōr*_____ *longiōr*_____ *longiōr*_____ *longiōr*_____
7. Masculinum et fēmininum: *longior* est _____ singularis,
longiōrem _____, *longiōrēs* _____
aut _____ plūrālis.
8. Neutrum: *longius* est _____ aut _____ singularis,
longiōra _____ aut _____ plūrālis.
9. *Longiōre* _____ singularis est.
10. *Longiōrī* _____ est.
11. *Longiōribus* est _____ aut _____ plūrālis.
12. *Longiōris* _____ est.
13. *Longiōrum* est _____.

CAPITVLVM TERTIVM DECIMVM*Lēctiō prima (versūs 1–45)***Exercitium 1**

1. _____ mēnsis _____ [I] est.
2. _____ mēnsis _____ [II].
3. _____ mēnsis _____ [III].
4. _____ mēnsis _____ [IV].
5. _____ mēnsis _____ [V].
6. _____ mēnsis _____ [VI].

7. _____ mēnsis _____ [VII].
 8. _____ mēnsis _____ [VIII].
 9. _____ mēnsis _____ [IX].
 10. _____ mēnsis _____ [X].
 11. _____ mēnsis _____ [XI].
 12. _____ mēnsis _____ [XII].

secundus
 septimus
 sextus
 tertius
 ūndecimus

Exercitium 2

1. _____ dīviditur in duodecim mēnsēs.
 2. Iānuārius _____ annī p̄rimus est.
 3. December est mēnsis annī _____ .
 4. In annō sunt _____ quīnque [CCCLXV] _____ .
 5. _____ est centum annī; duo saecula sunt _____ [CC] annī.
 6. Centum annī _____ saeculum est longum _____ .
 7. Mēnsis Iānuārius ā deō Iānō _____ [= nōmen habet].
 8. Iānus est deus Rōmānus cui duae _____ sunt.
 9. Tempore antiquō Mārtius mēnsis p̄rimus _____ .
 10. _____ [= illō tempore] Octōber mēnsis octāvus erat.
 11. _____ autem Iānuārius est mēnsis p̄rimus; Octōber _____ [= ergō
 Octōber] mēnsis decimus est.
 12. Februārius _____ [XXVIII] aut _____ [XXIX]
 diēs habet.
 13. Cēterī _____ [XI] mēnsēs longiōrēs sunt.
 14. Aprīlis _____ [xxx] diēs habet; _____ Iūnius xxx diēs habet.
 15. Sex mēnsēs sunt _____ pars annī.
 16. P̄rima pars diēi est _____ .
 17. Diēs est tempus ā māne ad _____ .
 18. _____ est tempus ā vesperō ad māne.
 19. Māne est _____ diēi, vesper _____ diēi est.
 20. Diēs in duodecim _____ dīviditur.
 21. Hōra sexta, quae _____ nōminātur, diem dīvidit in duās
 _____ partēs.

aequus
 annus
 diēs
 dīmidius
 ducentī
 duodētrīgintā
 erat
 faciēs
 fīnis
 hōra
 igitur
 initium
 item
 māne
 mēnsis
 merīdiēs
 nōmināre
 nunc
 nox
 postrēmus
 saeculum
 sexāgintā
 tempus
 trecentī
 trīgintā
 tunc
 ūndecim
 ūndētrīgintā
 vel
 vesper

Exercitium 3

1. Quot mēnsēs sunt in annō? ...
 2. Quī mēnsis annī p̄rimus est? ...
 3. Quis est mēnsis annī postrēmus? ...
 4. Quot diēs habet annus? ...
 5. Num homō ducentōs annōs vīvere potest? ...
 6. Ā quō nōminātur mēnsis Iānuārius? ...
 7. Quot oculōs et quot ōra habet deus Iānus? ...
 8. Cūr mēnsis nōnus September nōminātur? ...
 9. Quot diēs habet mēnsis September? ...
 10. Quam longus est mēnsis Octōber? ...
 11. Estne mēnsis Februārius longior quam Mārtius? ...
 12. Quae est pars diēi postrēma? ...
 13. In quot hōrās dīviditur diēs? ...
 14. Quot mēnsēs sunt dīmidia pars annī? ...

accūsātīvus temporis

Exercitium 4*Exemplum:* Iūlia duās hōrās dormit.

1. Homō sānus centum ann_____ vīvere potest.
2. Nēmō ducent_____ ann_____ vīvit.
3. Canis duodecim ann_____ vīvere potest.
4. Mēdus mult_____ hōr_____ in sōle ambulat.
5. Aemilius sex mēns_____ mīlitat in Germāniā.
6. Quīntus trēs di_____ et trēs noct_____ in lectō iacet.
7. Mīlitēs pauc_____ hōr_____ dormiunt.

Lēctiō II

Lēctiō secunda (versūs 46–101)

Exercitium 5

-ior -issimus
-issima
-ius -issimum
-iōrēs -issimī
-issimae
-iōra -issima

1. Nūllus mēnsis brev_____ est quam Februārius: is mēnsis annī brev_____ est.
2. Sōl est stēlla clār_____ quam cētrae stēllae: sōl stēlla caelī clār_____ est.
3. Nīlus flūmen long_____ et lāt_____ est quam cētera flūmina Āfricae: id flūmen Āfricae long_____ et lāt_____ est.
4. Nūllī mīlitēs fort_____ sunt quam Rōmānī: Rōmānī mīlitēs fort_____ sunt.
5. Tiberius praenōmen long_____ est quam cētera praenōmina: id praenōmen Latīnum long_____ est.
6. Verba *ire* et *dare* brev_____ sunt quam cētera verba Latīna: ea verba Latīna brev_____ sunt.
7. Meridiē sōl alt_____ in caelō est quam ante et post merīdiem: meridiē sōl alt_____ est in caelō.
8. Mēdus: “Nūlla fēmīna tam fōrmōsa aut tam proba est quam Lydia: ea fēmīna fōrmōs_____ ac prob_____ est!”

Exercitium 6

-ēs -ēs
-em -ēs
-ēi -ērum
-ēi -ēbus
-ē -ēbus

1. Di_____ est tempus ā māne ad vesp̄erum.
2. Hōra sexta di_____ dīvidit in duās aequās partēs.
3. Vesper est fīnis di_____ .
4. Di_____ primō mēnsis Septembris nōmen est kalendae Septembrēs.
5. Di_____ quīntō decimō post lūnam novam lūna plēna est.
6. Aestate di_____ longiōrēs sunt quam noctēs.
7. Annus CCCLXV di_____ habet; numerus di_____ magnus est.
8. Primīs mēnsium di_____ nōmina sunt *kalendae Iānuāriae, Februāriae, Mārtiae, Aprīlēs*, cētera.
9. Mēnsēs incipiunt ab iis di_____ quī *kalendae* dīcuntur.

Exercitium 7

aequinoctium
aestās
atque
autumnus
calidus
clārus
exiguus
fōrma
frīgidus
glaciēs

1. Nōn sōl, sed _____ et _____ lūcent nocte.
2. _____ lūnae ā sōle venit; itaque lūna nōn tam _____ est quam sōl.
3. Sōl terram et lūnam lūce suā _____ .
4. Nōn _____ lūna lūce sōlis illūstrātur; ea pars lūnae quae nōn illūstrātur _____ est.
5. Cum lūna nova est, _____ [= parva] pars eius vidētur.
6. Lūna dīmidia _____ habet litterae D.
7. Diēs mēnsis I dīcitur _____ , v aut VII _____ , XIII aut XV _____ .
8. A. d. VIII kal. Apr. et a. d. VIII kal. Oct. _____ dīcuntur, nam iīs diēbus nox aequa est _____ diēs.

9. Tempora annī sunt vēr, _____, autumnus, _____.
10. _____ ā Mārtiō, _____ ā Septembrī _____ [= initium facit].
11. Aestās nōn tempus _____, sed tempus _____ est.
12. Eō tempore multī Rōmānī _____ [: Rōmam] relinquunt.
13. Hieme nōn solum _____, sed etiam _____ dē nūbibus cadit.
14. Hieme _____ Germāniae glaciē _____.
15. Germānī puerī super _____ lacuum lūdunt.

hiems
idūs
illūstrāre
imber
incipere
kalendae
lacus

Exercitium 8

1. Unde venit lūx lūnae? ...
2. Num tōta lūna sōle illūstrātur? ...
3. Quis dīcitur diēs tertius decimus mēnsis Aprilis? ...
4. Quō mēse longissimī sunt diēs? ...
5. Quae sunt quattuor tempora annī? ...
6. Ā quō mēse incipit annus? ...
7. Quod annī tempus incipit ā mēse Decembrī? ...
8. Quī mēnsis annī frīgidissimus est? ...
9. Cūr multī hominēs urbem relinquunt aestāte? ...
10. Quandō folia dē arboribus cadunt? ...
11. Quandō arborēs novīs foliīs ōrnantur? ...
12. Quī diēs annī brevissimus est? ...

lūna
lūx
nix
nōnae
obscurus
operīre
stēlla
tōtus
urbs
vēr

*Lēctiō tertiā (versūs 102–149)**Lēctiō III***Exercitium 9**

1. Antiquīs temporibus Mārtius mēnsis prīmus _____.
2. September, quī nunc mēnsis nōnus _____, tunc mēnsis septimus _____.
3. Tunc Rōma urbs nōn tam pulchra _____ quam nunc _____.
4. Tunc Rōmānī pauciōres _____ quam nunc _____.
5. Ante tempus Caesaris mēnsī septimō nōmen _____ Quīntilis.

(nunc) est sunt
(tunc) erat erant

Exercitium 10

1. Aestāt_____ diēs longiōrēs sunt quam hiem_____.
2. Mēns_____ Mārti_____ et mēns_____ Septembr_____ diēs aequī sunt ac noctēs.
3. Hōr_____ sext_____ vel merīdi_____ sōl altissimus est.
4. Quandō lūcet lūna? Lūna noct_____ lūcet.
5. Di_____ octāv_____ post lūnam novam lūna dīmidia est.
6. Vēr_____ arborēs novīs foliīs ōrnantur.
7. E_____ tempor_____ avēs nīdōs faciunt.

*ablātīvus temporis***Exercitium 11**

1. Estne Quīntus in cubiculō suō? ...
2. Estne obscurum cubiculum Quīntī? ...
3. Cūr Aemilia fenestram claudit? ...
4. Cūr Quīntus hōrās longās esse putat? ...
5. Quod tempus est annī? ...
6. Ā quō nōminātur mēnsis Iūlius? ...
7. Quod nōmen ei mēnsī erat ante tempus Caesaris? ...
8. Num Iūlius vel Quīntilis mēnsis quīntus est? ...
9. Cūr Quīntus dormīre nōn potest? ...
10. Ubi sōl lūcet cum nox est in Italiā? ...
11. Quandō hominēs dormiunt? ...
12. Quae urbs est caput imperīi Rōmānī? ...

Lēctiō grammatica

dēclīnātiō v

(gen. sing. -ēī)		
	sing.	plūr.
nōm.	-ēs	-ēs
acc.	-em	-ēs
gen.	-ēī	-ērum
dat.	-ēī	-ēbus
abl.	-ē	-ēbus

positivus (pos.)
comparativus (comp.)
superlativus (sup.)

pos. -us -a -um / -is -e
comp. -ior -ius
sup. -issim us -a -um

Cap. XIV

Lēctiō I

uter ultra utrum?

A-ne an B?

alter -era -erum:

aut A aut B

uter- ultra- utrum-que:

et A et B

neuter -tra -trum:

nec A nec B

Lēctiō grammatica (versūs 150–176)

Exercitium 12

Dēclīnātiō quīnta

Exemplum: di|ēs, gen. sing. -ēī, m.

- | | | |
|---------|---|---------|
| | Sing. | Plūr. |
| 1. Nōm. | di_____ | di_____ |
| 2. Acc. | di_____ | di_____ |
| 3. Gen. | di_____ | di_____ |
| 4. Dat. | di_____ | di_____ |
| 5. Abl. | di_____ | di_____ |
| 6. | Diē est _____ singulāris. | |
| 7. | Diēbus _____ aut _____ plūrālis est. | |
| 8. | Diēī est _____ aut _____ singulāris. | |
| 9. | Diem _____ est. | |
| 10. | Diērum _____ est. | |
| 11. | Diēs est _____ singulāris aut _____ aut _____ plūrālis. | |

Exercitium 13

Exempla: *Februārius mēnsis brevis est, brevior quam ceteri mēnsēs: Februārius mēnsis annī brevissimus est.*

1. *Brev|is -e* positivus est; *brevior -ius* _____ est; *brevissim|us -a -um* est _____.
- | | | | |
|----------|-----------|-----------|-----------|
| | Masc. | Fēm. | Neutr. |
| 2. Pos. | alt_____ | alt_____ | alt_____ |
| 3. Comp. | alt_____ | alt_____ | alt_____ |
| 4. Sup. | alt_____ | alt_____ | alt_____ |
| 5. Pos. | brev_____ | brev_____ | brev_____ |
| 6. Comp. | brev_____ | brev_____ | brev_____ |
| 7. Sup. | brev_____ | brev_____ | brev_____ |

CAPITVLVM QVARTVM DECIMVM

Lēctiō prīma (versūs 1–32)

Exercitium 1

Exempla:

Uter servus, Dāvusne an Mēdus?Uterque servus: et Dāvus et Mēdus.Alter servus: aut Dāvus aut Mēdus.Neuter servus: nec Dāvus nec Mēdus.

- Duo puerī in hortum eunt, _____ puer ambulat, _____ currit.
- _____ ē duōbus puerīs currit? Quīntus currit. _____ ambulat? Mārcus ambulat.
- Iūlius: "Curre, Mārce!" Iam _____ puer currit, et Mārcus et Quīntus; _____ puer ambulat, nec Mārcus nec Quīntus.
- Aemilia et Lȳdia sunt duae fēminae: _____ fēmina Rōmāna est, _____ Graeca.
- _____ ē duābus fēminīs est Graeca? Lȳdia est Graeca.
- _____ fēmina pulchra est, et Aemilia et Lȳdia; _____ fēmina foeda est, nec Aemilia nec Lȳdia.

7. Nilus et Rhēnus sunt duo flūmina: _____ flūmen in Āfricā est, _____ in Eurōpā.
8. _____ ē duōbus flūminibus in Āfricā est, Nilusne an Rhēnus? Nilus in Āfricā est.
9. _____ flūmen magnum est, et Nilus et Rhēnus; _____ flūmen parvum est, nec Nilus nec Rhēnus.

Exercitium 2

1. Uterque puer in lectō _____ [= iacet].
2. Uter puer dormit, Mārcusne _____ Quīntus?
3. Mārcus dormit, sed Quīntus _____ .
4. Mārcus nōn aegrōtat, sed _____ .
5. Āēr frīgīdus per fenestram _____ intrat.
6. Fenestra Quīntī nōn aperta, sed _____ est.
7. Puer vigilāns _____ canere audit: "Cucurrū!"
8. Dāvus: " _____ pēs tuus sē habet _____ [= hōc diē]?"
9. Quīntus: "Pēs male sē _____ . Dā _____ aquam, Dāve!" Dāvus eī aquam dat.

an
 apertus
 clausus
 cubāre
 gallus
 habēre, sē h.
 hodiē
 mihi
 quōmodo
 valēre
 vigilāre

Exercitium 3

1. Cūr Mārcus quiētus in lectō suō cubat? ...
2. Cūr alter puer vigilat nec dormire potest? ...
3. Uter ē duōbus puerīs aegrōtat? ...
4. Pēsne solum dolet Quīntō? ...
5. Suntne magna cubacula puerōrum? ...
6. Uter puer fenestrā apertā dormit? ...
7. Quid per fenestram apertam intrat? ...
8. Cūr fenestra Quīntī clausa est? ...
9. Quid audit Quīntus? ...
10. Cūr Mārcus gallum nōn audit? ...
11. Quid gallus canēns salūtat? ...
12. Quem vocat Quīntus? ...
13. Quōmodo sē habet pēs Quīntī hodiē? ...
14. Cūr Quīntus noctem longam esse putat? ...
15. Quid Dāvus puerō aegrō dat? ...

Lēctiō secunda (versūs 33–74)

Lēctiō II

Exercitium 4*Exempla:*

Servus ambulāns = servus quī ambulat; servī ambulantēs = servī quī ambulāt.

Membrum dolēns = membrum quod dolet; membra dolentia = membra quae dolent.

Puella canēns = puella quae canit; puellae canentēs = puellae quae canunt.

Puer dormiēns = puer quī dormit; puerī dormientēs = puerī quī dormiunt.

1. Puella plōr _____ [= quae plōrat]; puellae plōr _____ [= quae plōrant].
2. Puer rīd _____ [= quī rīdet]; puerī rīd _____ [= quī rīdent].
3. Cor palpit _____ [= quod palpitat]; corda palpit _____ [= quae palpitant].
4. Equus curr _____ [= quī currit]; equī curr _____ [= quī currunt].
5. Pāstor dorm _____ [= quī dormit]; pāstōrēs dorm _____ [= quī dormiunt].
6. Ovis err _____ [= quae errat]; ovēs err _____ [= quae errant].
7. Canis lātr _____ [= quī lātrat]; canēs lātr _____ [= quī lātrant].

[1] -āns -antēs
 -antia
 [2] -ēns -entēs
 -entia
 [3] -ēns -entēs
 -entia
 [4] -iēns -ientēs
 -ientia

adhuc
 afferre
 deinde
 excitare
 frigere
 induere
 inquit
 lavare
 manere
 mergere
 nudus
 poscere
 primum
 purus
 solere
 sordidus
 surgere
 tibi
 toga
 tunica
 vestimenta
 vestire

Lectio III

-ans -antēs
 -antem
 -antis -antium
 -anti -antibus
 -ante/-anti
 -ans -antia
 -ens -entēs
 -entem
 -entis -entium
 -enti -entibus
 -ente/-enti
 -ens -entia

8. Animal vol_____ [= quod volat]; animalia vol_____ [= quae volant].
 9. Stella luc_____ [= quae lucet]; stellae luc_____ [= quae lucent].

Exercitium 5

1. Iam hora prima est, sed Marcus _____ dormit.
2. Servus clamans puerum dormientem _____ .
3. Marcus est lecto _____ ac servum aquam _____ iubet.
4. Servus ei aquam _____ et Marcus manus _____ .
5. Iam manus eius non _____ , sed _____ sunt.
6. Marcus primum manus, _____ faciem lavat.
7. Davus eum caput totum in aquam _____ iubet.
8. _____ [= hora prima] puer manus et faciem aqua frigida lavat.
9. Quintus, qui ante Marcum surgere _____ , hodie non surgit, quod pes et caput ei dolet.
10. "Mihi quoque caput dolet" _____ Marcus, et Davus " _____ caput non dolet!" inquit.
11. Marcus _____ , quia aer frigidus est et corpus eius _____ est.
12. Tunica et toga sunt _____ Marci.
13. Marcus vestimenta sua a servo _____ : "Da mihi _____ et _____ , Dave! _____ me!"
14. Marcus _____ tunicam, deinde togam _____ .

Exercitium 6

1. Quo it Davus Quintum relinquens? ...
2. Vigilatne Marcus? ...
3. Quomodo Davus puerum excitat? ...
4. Quid Marcus Davum afferre iubet? ...
5. Estne calida aqua quam Davus affert? ...
6. Quid Marcus primum lavat? ...
7. Totumne corpus lavat Marcus? ...
8. Estne frigida aqua qua Romani post meridiem lavantur? ...
9. Cur non surgit Quintus? ...
10. Doletne caput Marci? ...
11. Cur Marcus friget? ...
12. Quid Marcus a servo postulat? ...
13. Quae sunt vestimenta Marci? ...
14. Num Davus Marcum vestit? ...

*Lectio tertia (versus 75-132)***Exercitium 7**

1. Ancilla can _____ et rid _____ a puella dormi _____ non auditur.
2. Puella dormi _____ ancillam can _____ et rid _____ non audit, sed servum clam _____ audit.
3. Servus clam _____ puellam dormi _____ excitat.
4. Puella dormi _____ non ab ancilla can _____ et rid _____ , sed a servo clam _____ excitatur.
5. Puella vocem ancillae can _____ et rid _____ non audit, sed vocem servi clam _____ audit.
6. Ancillae can _____ et rid _____ a puellis dormi _____ non audiuntur.
7. Puellae dormi _____ ancillas can _____ et rid _____ non audiunt, sed servos clam _____ audiunt.

8. Servi clām_____ puellās dormi_____ excitant.
9. Puellae dormi_____ nōn ab ancillis can_____ et rid_____, sed ā servīs clām_____ excitantur.
10. Puellae vōcēs ancillārum can_____ et rid_____ nōn audiunt, sed vōcēs servōrum clām_____ audiunt.
11. Dāvus nōn puerō val_____, sed puerō aegrōt_____ aquam dat.
12. Servus dominō imper_____ pāret. Servi dominīs imper_____ pārent.
13. Quīntus nec crūs dol_____ nec brachium dol_____ movet.
14. Puer aegrōt_____ membra dol_____ nōn movet.
15. Avēs animālia vol_____ sunt; ovis nōn est animal vol_____ .

Exercitium 8

1. Virī Rōmānī togam _____ .
2. Mīles gladium gerit manū _____ , scūtum manū _____ .
3. Vir _____ [= togam gerēns] militāre nōn potest.
4. Mārcus, cui pedēs frīgēt, _____ induit.
5. Dāvus puerum _____ cum venīre iubet: “Venī mē _____ !”
6. In ātriō _____ liberōs suōs exspectant.
7. Quīntus, quī _____ ēsse solet, hodiē _____ ēsse potest.
8. Dāvus Mārcō librum et _____ et _____ et rēgulam affert.
9. Iūlius: “Hodiē Mēdus _____ cum ire nōn potest, Mārce.”
10. Mēdus librum et tabulam et cēterās _____ Mārcī ferre solet.
11. Mārcus ipse nihil ferre solet _____ mālum.
12. Filius discēdēs “ _____ , pater!” inquit.

Exercitium 9

1. Sine pecūniā nūlla r_____ [= nihil] emī potest.
2. Mēdus Lȳdiae r_____ pulchram emit.
3. Pretium eius r_____ est centum sēstertīi.
4. Eī r_____ nōmen est ‘ānulus gemmātus’.
5. Eā r_____ ōrnātur digitus.
6. In tabernīs Rōmānīs multae r_____ emī possunt.
7. Quī magnam pecūniā habet multās r_____ emere potest.
8. Magnus est numerus eārum r_____ quae Rōmae emī possunt.
9. Villa Iūlii multis r_____ pulchris ōrnātur.

Exercitium 10

1. Quid est toga? ...
2. Utrum brachium virō togātō nūdum est? ...
3. Cūr mīles Rōmānus togam nōn gerit? ...
4. Quid mīles manū sinistrā gerit? ...
5. Cūr Mārcus calceōs poscit? ...
6. Quō eunt Dāvus et Mārcus? ...
7. Quī sunt in ātriō? ...
8. Quid est ante parentēs? ...
9. Quō it Aemilia? ...
10. Quid māter filiō aegrōtantī dat? ...
11. Quid pater dat filiō valentī? ...
12. Quās rēs Mārcus sēcum fert? ...
13. Quis cum puerīs ire solet? ...
14. Quid dicit puer discēdēs? ...
15. Quid pater respondet? ...

calceus
dexter
gerere
mēcum
multum
nihil
parentēs
praeter
rēs
sēcum
sinister
stilus
tabula
tēcum
togātus
valē

rēs rēs
rem rēs
reī rērum
reī rēbus
rē rēbus

Lēctiō grammatica

participium (part.)

[1] -ā|ns -a|nt|is

[2] -ē|ns e|nt|is

[3] -ēns -ent|is

(-i|ēns -i|ent|is)

[4] -i|ēns -i|ent|is

masc./fēm.

sing. plūr.

nōm. -ns -nt|ēs

acc. -nt|em -nt|ēs

gen. -nt|is -nt|ium

dat. -nt|ī -nt|ibus

abl. -nt|e|ī -nt|ibus

neutr.

nōm. -ns -nt|ia

acc. -ns -nt|ia

gen. -nt|is -nt|ium

dat. -nt|ī -nt|ibus

abl. -nt|e|ī -nt|ibus

Cap. XV

Lēctiō I

ego sum habeō

tū es habēs

is/ea est habet

Lēctiō grammatica (versūs 133–150)

Exercitium 11

1. Vocā|re īnfīnītīvus est. Vocā|ns est _____ .
2. Vidē|ns, pōn|ēns, audi|ēns _____ sunt.
3. Īnfīnītīvus volāre, participium vol_____ .
4. Īnfīnītīvus sedēre, participium sed_____ .
5. Participium dūcēns, īnfīnītīvus dūc_____ .
6. Participium veniēns, īnfīnītīvus ven_____ .
7. Participium faciēns, īnfīnītīvus fac_____ ; item participium capiēns, iaciēns, fugiēns, pariēns, accipiēns, aspiciēns, īnfīnītīvus cap_____, iac_____, fug_____, par_____, accip_____, aspic_____ .

Singularis

Plūrālis

Masc./Fēm.

Neutr.

Masc./Fēm.

Neutr.

8. Nōm. volāns vol_____ vol_____ vol_____

9. Acc. vol_____ vol_____ vol_____ vol_____

10. Gen. vol_____ vol_____ vol_____ vol_____

11. Dat. vol_____ vol_____ vol_____ vol_____

12. Abl. vol_____/___ vol_____/___ vol_____ vol_____

13. Nōm. canēns can_____ can_____ can_____

14. Acc. can_____ can_____ can_____ can_____

15. Gen. can_____ can_____ can_____ can_____

16. Dat. can_____ can_____ can_____ can_____

17. Abl. can_____/___ can_____/___ can_____ can_____

18. Masculinum et fēminīnum: volāns, canēns est _____ singularis, volantem, canentem _____, volantēs, canentēs _____ aut _____ plūrālis.

19. Neutrum: volāns, canēns _____ aut _____ singularis est, volantia, canentia _____ aut _____ plūrālis.

20. Volante, canente _____ est.

21. Volantī _____ aut _____ singularis est, volantibus _____ aut _____ .

22. Volantis, canentis est _____, volantium, canentium _____ plūrālis.

CAPITVLVM QVINTVM DECIMVM

Lēctiō prima (versūs 1–40)

Exercitium 1

1. Dēlia: “Ego laeta _____ . Nōnne tū laeta _____ , Syra?”
2. Syra: “ _____ laeta nōn _____ . Cūr tū laeta _____ , Dēlia?”
3. Dēlia: “Laeta _____ , quia Lēander mē amat: _____ amīcus meus _____ ; _____ amīca eius _____ .”
4. Dēlia amīcum habe_____, itaque _____ laeta _____ .
5. Dēlia: “Nōnne tū amīcum habē_____, Syra?”
6. Syra: “Ego amīcum nōn habe_____ .”
7. Dēlia: “Cūr amīcum nōn habē_____ ?”
8. Syra: “Amīcum nōn habe_____, quia fōrmōsa nōn _____ . _____ amīcum habē_____, quia fēmina fōrmōsa _____ .”

Exercitium 2

1. Diodōrus _____ Mārcī est; Mārcus _____ Diodōrī est.
2. Diodōrus puerōs _____ verberat; eō modō magister discipulōs improbōs _____ solet.
3. Diodōrus enim magister _____ est.
4. Sextus prīmus ad _____ advenit.
5. Magister intrāns discipulum salūtat eumque _____ iubet: "Salvē, Sexte! _____!"
6. _____ [= deinde] Sextus in _____ suā cōnsīdit.
7. Discipulus _____ [= tacēns] ante magistrum sedet.
8. Sextus iam adest, _____ [= sed] cēteri discipulī _____ adsunt.
9. Magister irātus _____: "Ō, discipulōs improbōs...!"
10. Titus _____ [= ōstium] pulsat _____ lūdum intrat.
11. Titus nōn _____ intrat, sed prīmum iānuam pulsat.

Exercitium 3

1. Quō it Mārcus? ...
2. Quis est Diodōrus? ...
3. Cūr Mārcus magistrum suum metuit? ...
4. Quōmodo magister discipulōs improbōs pūnit? ...
5. Cui discipulī pārent? ...
6. Quis discipulus prīmus ad lūdum advenit? ...
7. Quid facit Sextus cum magister intrat? ...
8. Cūr irātus est magister? ...
9. Estne Sextus discipulus improbus? ...
10. Quid facit Titus antequam lūdum intrat? ...
11. Quid magister eum facere iubet? ...
12. Cūr Titus librum suum nōn habet? ...
13. Tūne magister/magistra an discipulus/discipula es? ..

Lēctiō secunda (versūs 41–95)**Exercitium 4**

1. Lēander saccum port _____ ; item Syrus saccum port _____ .
2. Dāvus et Ūrsus lectīcam cum dominō port _____ .
3. Lēander: "Saccus quem tū port _____ , Syre, levior est quam is quem ego port _____ ."
4. Dāvus: "Saccī quōs vōs port _____ , Syre et Lēander, leviorēs sunt quam lectīca quam nōs port _____ ."
5. Iūlia can _____ . Puerī nōn can _____ , sed rīd _____ , quod Iūliam canere aud _____ , nam puerī eam male canere put _____ .
6. Iūlia: "Cūr vōs rīd _____ , puerī, cum mē canere aud _____ ? Nōnne mē bene canere put _____ ?"
7. Mārcus: "Nōs rīd _____ cum tē canere aud _____ , Iūlia, quia tē male canere put _____ !"
8. Quīntus: "Ego nōn rīd _____ cum tē canere aud _____ ."
9. Iūlia: "Aud _____ ne, Mārce? Quīntus nōn rīd _____ cum mē canere aud _____ . Cūr tū nōn rīd _____ , Quīnte? Tūne mē bene canere put _____ ?"
10. Quīntus: "Ego put _____ tē vōcem satis pulchram habēre. Nōn male can _____ , ut parva puella."
11. Iūlia: "Ego bene can _____ , at vōs male can _____ !"
12. Quīntus: "Nōn male can _____ , ut magnī puerī!"

antequam
at
cōnsidere
discipulus
exclāmāre
iānuā
lūdus
magister
nōndum
pūnīre
sella
sevērus
statim
tacitus
tum
virga

Lēctiō II

[1] -ō -āmus
-ās -ātis
-at -ant

[2] -eō -ēmus
-ēs -ētis
-et -ent

[3] -ō -imus
-is -itis
-it -unt

[4] -iō -imus
-is -itis
-it -iunt

convenire
desinere
domi
inferior
nisi
nos
posterior
quid
quod
reddere
redire
se
si
tergum
verum
vos

Exercitium 5

1. Marcus (ad Sextum et Titum): "_____ magistrum non salutatis..."
2. Sextus et Titus: "Id _____ non est: _____ magistrum salutamus."
3. Magister: "Verum dicitis. _____ Marcus dicit verum non est."
4. Magister iratus _____ Marci verberat.
5. Tergum est pars corporis _____.
6. Marcus non lacrimat, neque enim lacrimare puero Romano _____.
7. Magister eum verberare _____, atque puer ad sellam suam _____.
8. _____ [= cur] Marcus non consedit? Non consedit, quia pars tergi _____ ei dolet.
9. Quintus non in ludo, sed _____ est.
10. Marcus: "Quintus dicit '_____ aegrum esse'."
11. Magister: "_____ frater tuus aeger est, in ludum ire non potest."
12. Magister Marcum Tito tabulam _____ iubet.
13. Magister: "Necesse est te punire, _____ tabulam nunc reddis Tito!"

Exercitium 6

1. Quis discipulus postrumus advenit? ...
2. Marcusne magistrum salutat? ...
3. Cur magister Marcum verberat? ...
4. Cur Marcus non lacrimat? ...
5. Quo magister puerum redire iubet? ...
6. Cur Marcus non consedit? ...
7. Quid est tergum? ...
8. Ubi est frater Marci? ...
9. Cur Quintus in ludum ire non potest? ...
10. Quid magister pueros iubet? ...
11. Cur Marcus librum Titus habet? ...
12. Cur Titus non potest malum reddere Marco? ...

Lectio III

ego nos
tu vos
is ii

sum sumus
es estis
est sunt

possum possumus
potes potestis
potest possunt

*Lectio tertia (versus 96-128)***Exercitium 7**

1. Davus et Ursus, qui dominum vehunt, iam fessi _____.
2. Syrus et Leander saccos vehunt; _____ nondum fessi _____.
3. Davus: "Nos fessi _____. Nonne vos fessi _____, Syre et Leander?"
4. Syrus: "_____ fessi non _____. Cur _____ fessi _____, Dave et Urse?"
5. Ursus: "Nos fessi _____, quia dominus gravis _____."
6. Davus: "St! Dominus dormit; _____ quoque fessus _____."
7. Ursus: "_____ qui vehitur fessus esse non pot _____."
8. Servi, qui dominum portare iam non pos _____, lecticam in via ponunt. Dominus excitatur.
9. Iulius: "Cur hic consistimus? Ubi _____?"
10. Davus: "In monte _____. Iam te portare non pos _____, domine."
11. Iulius: "Quid me portare non pot _____?"
12. Davus: "Te portare non pos _____, quia nimis gravis _____."
13. Iulius: "Ego gravis non _____, nec lectica gravis _____."
14. Ursus: "Sine te lectica gravis non _____. Tunc apud lecticam ambulare pot _____?"
15. Iulius: "Fessus _____: ambulare non pos _____."
16. Davus: "_____ non tam fessus _____ quam nos _____."
17. Iulius: "Verum dicitis: ego non tam fessus _____ quam vos _____, sed _____ dominus _____, _____ servi _____!"

Exercitium 8

1. Magister librum aperit ac _____ incipit.
2. Dum magister recitat, _____ discipulī dormiunt [= nūllus discipulus vigilat].
3. Discipulī tam bene dormiunt quam domī in _____ [= parvīs lectīs].
4. Ergō posteriōrem librī partem nōn audiunt, sed tantum _____ partem.
5. Magister eōs verberat. Discipulī: "Cūr _____ verberās?"
6. Magister: "_____ verberō, quod aliō modō _____ excitāre nōn possum."
7. In lūdō dormire nōn _____ .

lectulus
licēre
nōs (acc)
omnēs
prior
recitāre
vōs (acc)

Exercitium 9

1. Quid facit magister antequam recitāre incipit? ...
2. Tōtumne librum audiunt discipulī? ...
3. Cūr nōn audiunt posteriōrem librī partem? ...
4. Cūr magister recitāre dēsinit? ...
5. Quōmodo magister discipulōs excitat? ...
6. Quid Mārcus dīcit magistrō irātō? ...
7. Quōmodo magister discipulōs pūnit? ...
8. Cūr discipulī nōn cōnsidunt? ...
9. Cūr magister eōs ante sellās stāre iubet? ...
10. Quid recitat magister sedēns? ...
11. Num in lūdō dormire licet? ...
12. Quid est lectulus? ...
13. Tūne stāns dormire potes? ...
14. Ubi vōs dormire solētis, discipulī? ...

*Lēctiō grammatica (versūs 129–170)**Lēctiō grammatica***Exercitium 10**

1. *Voc|ō, vocā|mus* _____ prīma est.
2. *Vocā|s, vocā|tis* _____ est.
3. *Voca|t, voca|nt* _____ est.
4. *Voc|ō* persōna _____ singulāris est; *vocā|mus* est _____ plūrālis.
5. *Vocā|s* _____ secunda _____ est; *vocā|tis* est _____ .
6. *Voca|t* persōna _____ est; *voca|nt* est _____ .

	Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.
7. Pers. 1	<i>am</i> _____	<i>am</i> _____	<i>vid</i> _____	<i>vid</i> _____	<i>aud</i> _____	<i>aud</i> _____
8. Pers. 2	<i>am</i> _____	<i>am</i> _____	<i>vid</i> _____	<i>vid</i> _____	<i>aud</i> _____	<i>aud</i> _____
9. Pers. 3	<i>am</i> _____	<i>am</i> _____	<i>vid</i> _____	<i>vid</i> _____	<i>aud</i> _____	<i>aud</i> _____
10. Pers. 1	<i>dūc</i> _____	<i>dūc</i> _____	<i>fac</i> _____	<i>fac</i> _____	<i>s</i> _____	<i>s</i> _____
11. Pers. 2	<i>dūc</i> _____	<i>dūc</i> _____	<i>fac</i> _____	<i>fac</i> _____	<i>es</i>	<i>es</i> _____
12. Pers. 3	<i>dūc</i> _____	<i>dūc</i> _____	<i>fac</i> _____	<i>fac</i> _____	<i>es</i> _____	<i>s</i> _____

persōna (pers.)

	sing.	plūr
pers. 1	-ō	-mus
pers. 2	-s	-tis
pers. 3	-t	-nt
[1] 1	-ō	-ā mus
2	-ā s	-ā tis
3	-a t	-a nt
[2] 1	-e ō	-ē mus
2	-ē s	-ē tis
3	-e t	-e nt
[3] 1	-(i)ō	-imus
2	-is	-itis
3	-it	-(i)unt
[4] 1	-i ō	-ī mus
2	-ī s	-ī tis
3	-i t	-ī unt

Cap. XVI

Lectiō I

appellāre
 ēgredi
 flāre
 flūctus
 implēre
 inferus
 influere
 interesse
 locus
 maritimus
 mergere
 merx
 nauta
 nāvigāre
 nāvis
 opperīri
 ōra
 paulum
 portus
 secundus
 situs
 sive
 superus
 tempestās
 tranquillus
 turbāre
 turbidus
 vēlum
 ventus

ablātīvus *absolūtus*

I: cum adiectivō

CAPITVLVM SEXTVM DECIMVM

Lectiō prīma (versūs 1–40)

Exercitium 1

1. Italia inter duo maria _____ .
2. Id mare quod suprā Italiam _____ est 'mare _____' _____
 [= vel] 'mare Hadriaticum' _____ [= nōminātur].
3. Infrā Italiam situm est mare _____ sive Tūscum.
4. In Tiberī flūmine nōn multum, sed _____ aquae est.
5. Itaque magnae _____ Rōmam adire nōn possunt.
6. Ōstia est oppidum _____ quod magnum _____ habet.
7. In _____ maritimā multī sunt portūs.
8. Ōs flūminis est _____ quō flūmen in mare _____ .
9. Rēs quās mercātōrēs emunt ac vëndunt _____ dicuntur.
10. Cum nūllus _____ flat, mare _____ est.
11. Cum magnus ventus _____ , mare _____ est.
12. _____ est magnus ventus.
13. Tempestās mare _____ atque altōs _____ facit, quī nāvem aquā
 _____ possunt.
14. Nāvis quae aquā implētur in mare _____ cum nautīs.
15. Itaque _____ tempestātēs metuunt nec marī turbidō _____
 volunt.
16. Is quī nāvigāre vult ventum secundum _____ [= exspectat].
17. Ventus _____ est ventus quī ā tergō flat.
18. Ventō secundō nāvēs ē portū _____ [= exeunt].
19. _____ nāvium ventō implentur.

Exercitium 2

1. Inter quae maria sita est Italia? ...
2. Cūr magnae nāvēs Rōmam adire nōn possunt? ...
3. Ubi sita est Ōstia? ...
4. Quid dicitur locus quō flūmen in mare influit? ...
5. In quod mare Tiberis influit? ...
6. Ubi sita sunt oppida Brundisium, Puteoli, Genua? ...
7. Quid est portus? ...
8. Quōmodo mercēs ex Āfricā in Italiam vehuntur? ...
9. Num mercēs tantum vehuntur nāvibus? ...
10. Quid facit is quī nāvigāre vult? ...
11. Quādo tranquillum est mare? ...
12. Quid est tempestās? ...
13. Cūr nautae tempestātēs metuunt? ...
14. Quid nautae in portū opperiantur? ...

Exercitium 3

1. Vent_____ secund_____ nāvēs ē portū ēgrediuntur.
2. Nāvēs plēn_____ vēl_____ per mare vehuntur.
3. Nautae neque mar_____ tranquill_____ neque mar_____ turbid_____ nāvigāre volunt.
4. Mārcus fenestr_____ apert_____ dormit, Quīntus fenestr_____ claus_____ cubat.
5. Puer ocul_____ claus_____ in lectō cubat.
6. Mārcus surgit ac ped_____ nūd_____ ante lectum stat.
7. Mārcus manūs lavat atque man_____ pūris ē cubiculō exit.
8. Quīnt_____ aegr_____ trēs tantum discipulī adsunt.

9. Patr_____ vīv_____ filius pecūniōsus nōn est.
10. Lūn_____ plēn_____ nox obscūra nōn est.

Lēctiō secunda (versūs 41–95)

Exercitium 4

Exempla: verērī = timēre

verētur = timet, verentur = timent

verēns = timēns

- In portū necesse est ventum opper_____ .
- Nautae ventum secundum opper_____ .
- Mēdus, quī dominum sevērū ver_____, ex Italiā in Graeciam proficisc_____ vult.
- Ventō secundō nāvis ē portū ēgred_____ .
- Sōl or_____ ; Mēdus et Lȳdia sōlem or_____ intu_____ .
- Mēdus laet_____ quia cum amīcā suā proficisc_____ .
- Lȳdia Rōmā proficisc_____ laet_____ nōn potest; dē oculis eius lacrimae lāb_____ .
- Mēdus amīcam suam trīstem complect_____ atque cōnsōl_____ .
- Quintus oculīs clausīs cultrum medicī opper_____ .
- Parentēs filium vīvere laet_____ .
- Ovēs pāstōrem suum sequ_____ ; canis ovēs sequ_____ .
- Omnēs nautae Neptūnum, deum maris, ver_____ .
- Oculi hūmānī sōlem intu_____ nōn possunt.

Exercitium 5

Exemplum: Iūlius nummōs suōs numerat Aemiliā spectante
(= dum Aemilia spectat).

- Sōl_____ orient_____ nāvis proficiscitur mult_____ homin_____ spectant_____ .
- Magistr_____ recitant_____ discipulī dormiunt.
- Mārcus rīdet plōrant_____ sorōr_____ !
- Sōl_____ lūcent_____ pāstor umbram petit.
- Pāstor_____ dormient_____ ovis abit, sed pāstor lātrant_____ can_____ excitātur.
- Cēter_____ tacent_____ et audient_____ medicus Quīntum oculōs claudere iubet.
- Gall_____ canent_____ excitātur puer.

Exercitium 6

- _____ est pars nāvis posterior.
- Illic sedet _____ , is est nauta quī nāvem _____ .
- _____ est ea pars caelī unde sōl hōrā primā _____ .
- _____ est ea caelī pars quō sōl hōrā duodecimā _____ .
- Oriēns et occidēns partēs caelī _____ sunt.
- Ea caelī pars ubi sōl merīdiē stat appellātur _____ .
- Pars contrāria dīcitur _____ ā septem stēllīs quae _____ in eā parte caelī stant.
- Nautae ad occidentem nāvigantī merīdiēs ā _____ est, ā _____ septentriōnēs, oriēns ā tergō.
- Ventō secundō atque caelō _____ multae nāvēs _____ [= ūnō tempore] ē portū ēgrediuntur.
- Mēdus et Lȳdia nāvem _____ et ex Italiā _____ .
- Lȳdia Mēdum in puppim ascendentem _____ .

Lēctiō II

- [1] -ārī
-ātur -antur
-āns
- [2] -ērī
-ētur -entur
-ēns
- [3] -ī
-itur -untur
-iēns
- [4] -īrī
-ītur -iuntur
-iēns
(orjtur)

ablātīvus absolūtus
II: cum participiō
(-nte -ntibus)

cernere
complectī
cōnscendere
cōnsōlārī
contrārius
dextra
gubernāre
gubernātor
intuērī
lābī
laetārī
merīdiēs
occidēns
occidere
oriēns
orīrī

proficisci
puppis
semper
septentrionēs
sequi
serēnus
simul
sinistra
vereri

12. Lȳdia trīstis est, sed Mēdus _____ [= gaudet] nec iam dominum
_____ .
13. Mēdus faciem Lȳdiae _____ [= spectat]: dē oculis eius lacrimae
_____ .
14. Mēdus amicam suam _____ eamque multis verbis
_____ .
15. Parvae rēs quae procul absunt oculis _____ nōn possunt.

Exercitium 7

1. Ubi sedet gubernātor et quid agit? ...
2. Quid est puppis? ...
3. Quae sunt quattuor partēs caelī? ...
4. Quae dicitur ea caelī pars unde sōl oritur? ...
5. Pars contrāria quae est? ...
6. Unde Mēdus et Lȳdia nāvem cōnscendunt? ...
7. Quō proficiscuntur? ...
8. Cūr in Graeciam ire volunt? ...
9. Quid sēcum ferunt in nāve? ...
10. Quid Mēdus et Lȳdia ē nāve spectant? ...
11. Cūr hominēs in portū vix cerni possunt? ...
12. Num trīstis est Mēdus? ...
13. Cūr Lȳdia nōn laetātur? ...
14. Quōmodo Mēdus amicam suam cōnsōlātur? ...
15. Quam in partem nāvīgant? ...

*Lēctiō III**Lēctiō tertia (versūs 96–150)*

multum		-ī
paulum		-ae
		-is

Exercitium 8

Exemplum: Puer aeger multum aquae bibit et paulum cibī est.

1. In Tiberī nōn multum, sed paulum aqua_____ est.
2. Iūlius multum pecūni_____ habet.
3. Ovēs multum herb_____ edunt.
4. Pāstor nōn paulum pān_____ sēcum fert.
5. In corde et in vēnīs multum sanguin_____ est.
6. Post paulum tempor_____ discipulī dormiunt.

Exercitium 9

multum	
paulum	
multō	-ior -ius
paulō	post
	ante

1. Quīntus, quī mult_____ esse solet, hodiē paul_____ est.
2. Quīntus mult_____ crassior est quam Mārcus et paul_____ crassior quam Iūlia.
3. Nāvis proficiscitur; paul_____ post terra cerni nōn potest.
4. Nūbēs oriuntur, nec mult_____ post tempestās oritur.
5. Iam flūctūs mult_____ altiōrēs sunt quam paul_____ ante.
6. Nautae mult_____ aquae ē nāve hauriunt.
7. Nāvis paul_____ levior fit.
8. Dānuvius flūmen mult_____ longius est quam Tiberis et paul_____ longius quam Rhēnus.

Exercitium 10

āter
cōnārī
fierī fit
fulgur
haurire
iactāre

1. Dum gubernātor _____ [↔ tacet], Mēdus caelum spectat.
2. Ab occidente nūbēs oriuntur nōn albae, sed _____ .
3. Nauta deum Neptūnum _____ : "Ō Neptūne!"
4. Paulō post _____ caelum et mare illūstrat, et statim magnus
_____ auditur.
5. Simul tempestās oritur; mare turbidum _____ [= esse incipit].

6. Nāvis flūctibus _____ ac _____ [= prope nōn] gubernārī potest.
7. Necessē est aquam _____ et mercēs iacere.
8. Gubernātor Neptūnum invocat _____ timōrem [= quia timet].
9. Lydia Christum invocat: "Ō Christe! _____ nōs!"
10. Mēdus Lydiam lābentem sustinēre _____, nec _____ [= sed nōn] ipse stāre potest.
11. Lydia _____ [= rūsus] Christum invocat: "Ō Christe! Iubē mare tranquillum _____!"

invocāre
iterum
loquī
propter
servāre
tonitrus
vērō
vix

Exercitium 11

1. Quid Mēdus in occidente videt? ...
2. Quid gubernātor opperitur? ...
3. Cūr Neptūnum invocant nautae? ...
4. Cūr nāvis gubernārī vix potest? ...
5. Quid nautae ē nāve hauriunt? ...
6. Cūr mercēs in mare iaciuntur? ...
7. Ubi est mercātor cuius mercēs iaciuntur? ...
8. Quem dominum Lydia invocat? ...
9. Quid tum agit Mēdus? ...
10. Cūr Mēdus loquī nōn potest? ...
11. Cūr nautae aquam haurire dēsinent? ...
12. Mergiturne nāvis? ...

Lēctiō grammatica (versūs 151–165)

Lēctiō grammatica

Exercitium 12

1. *Timē|re* verbum āctivum est; *timē|rī* verbum _____ est.
2. *Verē|rī* est verbum _____; *verē|rī* et *lāb|ī* verba _____ sunt.
3. Īnfīnītivus verbī dēpōnentis nōn in *-re* dēsinit, sed in *-rī/-ī* ut Īnfīnītivus verbī _____.
4. Īnfīnītivus: *cōn*____, *intu*____, *loqu*____, *opper*____.
5. Persōna tertia verbī dēpōnentis nōn in *-t, -nt* dēsinit, sed in *-tur, -ntur* ut persōna tertia verbī _____.
6. Persōna tertia: singularis: *cōn*____, *intu*____, *loqu*____, *opper*____; plūrālis: *cōn*____, *intu*____, *loqu*____, *opper*____.
7. Participium verbī dēpōnentis dēsinit in *-ns* ut participium verbī _____.
8. Participium: nōm. sing. *cōn*____, *intu*____, *loqu*____, *opper*____.

verbum dēpōnēns
verbum āctivum:
īnf. *-re*
pers.3 *-t -nt*
verbum passivum et
dēpōnēns:
īnf. *-rī -ī*
pers. 3 *-tur -ntur*
verbum āctivum et
dēpōnēns:
part. *-ns -ntis*

CAPITVLVM SEPTIMVM DECIMVM**Cap. XVII**

Lēctiō prīma (versūs 1–41)

Lēctiō I

Exercitium 1

1. Quot sunt x et III? ...
2. Quot sunt x et IV? ...
3. Quot sunt x et V? ...
4. Quot sunt x et VI? ...
5. Quot sunt x et VII? ...
6. Quot sunt x et VIII? ...
7. Quot sunt x et IX? ...
8. Quot sunt xx et VIII? ...
9. Quot sunt xx et IX? ...
10. Quot sunt xx et x? ...

duodētrīgintā
duodēvīgintī
quattuordecim
quīndecim
sēdecim
septendecim
trēdecim
trīgintā
ūndētrīgintā
ūndēvīgintī

centēsimus
discere
docēre
doctus
indoctus
industrius
interpellāre
nescire
nōngentī
octingentī
piger
postrēmō
prāvē
prāvus
prūdēns
quadrāgintā
quadringentī
quīngentī
quīnquāgintā
quisque quemque
rēctē
rēctus
respōnsum
scire
sescentī
septingentī
septuāgintā
tollere
tot
ūsq̄ue

Lēctiō II

-ō -mus
-s -tis
-t -nt

-or -mur
-ris -mini
-tur -ntur

Exercitium 2

1. Discipulus est puer quī _____ .
2. Quī discipulōs _____ magister est.
3. Magister est vir _____ , quī multās rēs _____ .
4. Discipulī sunt puerī _____ , quī multās rēs _____ [= nōn sciunt].
5. Discipulus quī nihil discere vult _____ est.
6. Sextus nec stultus nec piger est, sed _____ atque _____ .
7. Magister: "Dīc numerōs ā decem _____ ad centum!"
8. _____ discipulus manum _____ , primum Sextus, deinde Titus, _____ Mārcus.
9. Titus numerōs dīcit ā x ad xxii, tum magister eum _____ .
10. Titus decimum _____ numerum dīcit ā xx ad c: "Vigintī, trīgintā, _____ , _____ , sexāgintā, _____ , octōgintā, nōnāgintā, centum."
11. Sextus, quī numerōs ā c ad m dīcere iubētur, _____ [= tam multōs] numerōs dīcere nōn vult.
12. Sextus _____ [c] quemque numerum tantum dīcit: "Centum, ducentī, trecentī, _____ , _____ , _____ , _____ , _____ , _____ , mille."
13. Magister: "Quot sunt _____ [xl] et decem?" Sextus: " _____ [l]." Mārcus: "Sexāgintā."
14. Quod Sextus respondet _____ est.
15. _____ Mārcī nōn rēctum, sed _____ est.
16. Sextus _____ respondet; Mārcus _____ respondet.

Exercitium 3

1. Quid magister puerōs docet? ...
2. Num docti sunt discipulī? ...
3. Quī discipulus multās rēs discit? ...
4. Sedentne discipulī magistrō recitante? ...
5. Quid faciunt discipulī antequam respondent? ...
6. Omnēsne simul manum tollunt? ...
7. Quōs numerōs dīcit Titus? ...
8. Num Sextus omnēs numerōs dīcit ā centum ad mille? ...
9. Estne Sextus puer stultus? ...
10. Omnēsne discipulī rēctē respondent? ...
11. Cūr Mārcus prāvē respondet? ...

Lēctiō secunda (versūs 42–87)

Exercitium 4

1. Bonus discipulus magistrum salūta_____ cum eum vide_____ et ā magistrō salūtā_____ cum ab eō vidē_____ .
2. Sextus: "Ego magistrum salūt_____ cum eum vide_____ et ā magistrō salūt_____ cum ab eō vide_____ ."
3. Mārcus: "Ego numquam ā magistrō salūt_____ ."
4. Sextus: "Tū nōn salūtā_____ ā magistrō cum ab eō vidē_____ , quia ipse magistrum nōn salūtā_____ cum eum vidē_____ ."
5. Boni discipuli magistrum salūta_____ cum eum vide_____ et ā magistrō salūta_____ cum ab eō vide_____ .

6. Sextus et Titus: "Nōs magistrum salūtā_____ cum eum vidē_____ et ā magistrō salūtā_____ cum ab eō vidē_____."
7. Mārcus: "Vērūm dicitis: vōs magistrum salūtā_____ cum eum vidē_____ et ā magistrō salūtā_____ cum ab eō vidē_____, quia magister amīcus patribus vestrīs est!"

Exercitium 5

- Syra Iūliam vocat = Iūlia ā Syrā voc_____ .
- Syra Iūliam quaerit nec eam reperit = _____ .
- Iūlia: "Syra mē vocat" = "(Ego) _____."
- Iūlia: "Syra mē quaerit nec mē reperit" = "(Ego) _____ nec _____."
- Mārcus: "Syra tē vocat" = "(Tū) _____."
- Mārcus: "Syra tē quaerit nec tē reperit" = "(Tū) _____ nec _____."
- Syra puerōs vocat = _____ .
- Syra puerōs quaerit nec eōs reperit = _____ nec _____ .
- Pueri: "Syra nōs vocat" = "(Nōs) _____."
- Pueri: "Syra nōs quaerit nec nōs reperit" = "(Nōs) _____ nec _____."
- Iūlia: "Syra vōs vocat" = "(Vōs) _____."
- Iūlia: "Syra vōs quaerit nec vōs reperit" = "(Vōs) _____ nec _____."

Exercitium 6

- Magister Sextum _____ : "Bonus es discipulus, Sexte. Semper rēctē, _____ prāvē respondēs."
- Mārcus nōn laudātur, sed _____ .
- Quod magister interrogat nōn difficile, sed _____ est.
- Mārcus vērō semper prāvē respondet, _____ facile est quod interrogātur; neque enim _____ antequam respondet.
- Mārcus: "Quod ego interrogor nimis _____ est, neque aliī discipulī tam _____ interrogantur quam ego."
- xxx et viii sunt _____ , xxx et ix _____ .

Exercitium 7

- Cūr Sextus et Titus laudantur ā magistrō? ...
- Estne difficile quod magister interrogat? ...
- Quem magister reprehendit? ...
- Cūr Mārcus numquam laudātur?
- Num Mārcus semper interrogātur? ...
- Estne magister amīcus patribus discipulōrum? ...
- Quīntusne ā magistrō reprehenditur? ...
- Quot sunt quadrāgintā et octō? ...
- Estne facile quod vōs interrogāmini, discipuli? ...
- Tūne saepe ā magistrō/magistrā laudāris? ...
- Tūne Mārcum stultum esse putās? ...

- [1] -or -āmur
-āris -āminī
-ātur -antur
- [2] -eor -ēmur
-ēris -ēminī
-ētur -entur
- [3] -or -imur
-eris -iminī
-itur -untur
- [4] -ior -īmur
-īris -īminī
-itur -iuntur

- cōgitāre
difficilis
duodēquadrāgintā
facilis
laudāre
numquam
quamquam
reprehendere
saepe
ūndēquadrāgintā

Lectiō III

[1]	-or	-āmur
	-āris	-āminī
	-ātur	-antur
[2]	-eor	-ēmur
	-ēris	-ēminī
	-ētur	-entur
[3]	-or	-imur
	-eris	-iminī
	-itur	-untur
[4]	-ior	-imur
	-īris	-īminī
	-itur	-iuntur

A: "(ego) -ō"

AA: "(nōs) -mus"

A dicit | 'sē -re'

AA dicunt

absēns

as

certus

computāre

Lectiō tertia (versūs 88–152)

Exercitium 8

Exempla: vereor = timeō verēmur = timēmus

verēris = timēs verēminī = timētis

verētur = timet verentur = timent

1. Nauta nōn proficisc____, quia ventum secundum opper____.
2. Mēdus: "Cūr nōn proficisc____, nauta? Quid opper____?"
3. Nauta: "Nōn proficisc____, quia ventum secundum opper____."
4. Nautae nōn proficisc____, quia ventum secundum opper____.
5. Mēdus: "Cūr nōn proficisc____, nautae? Quid opper____?"
6. Nautae: "Nōn proficisc____, quia ventum secundum opper____."
7. Mēdus laet____ nec iam dominum ver____.
8. Mēdus: "Ego laet____ nec iam dominum ver____. Cūr tū nōn laet____, Lȳdia? Quid ver____?"
9. Nautae nōn laet____, quia tempestātem ver____.
10. Mēdus: "Nōnne ventō secundō laet____, nautae? Cūr caelum intu____? Quid ver____?"
11. Nautae: "Nōn laet____, quia tempestātem ver____. Nūbēs ātrās procul in caelō intu____."

Exercitium 9

Exempla:

Magister: "Ego bene recitō." Magister dicit 'sē bene recitāre.'

Discipulī: "Nōs bene recitāmus." Discipulī dicunt 'sē bene recitāre.'

Iūlius: "Servus meus abest." Iūlius dicit 'servum suum abesse.'

Iūlius: "Servum meum quaerō." Iūlius dicit 'sē servum suum quaerere.'

Discipulī: "Probī sumus ac magistrō nostrō pārēmus." Discipulī dicunt 'sē probōs esse ac magistrō suō pārere.'

1. Iūlia: "Ego bene canō." Iūlia dicit '____ bene can____.'
2. Albīnus: "Ōrnāmenta vēndō." Albīnus dicit '____ ōrnāmenta vēnd____.'
3. Servus: "Fessus sum." Servus dicit '____ fess____ es____.'
4. Servī: "Fessī sumus." Servī dicunt '____ fess____ es____.'
5. Nauta: "Ventum secundum opperior." Nauta dicit '____ ventum secundum opper____.'
6. Nautae: "Neptūnum verēmur." Nautae dicunt '____ Neptūnum ver____.'
7. Iūlius: "Filius meus aegrōtat." Iūlius dicit 'Fili____ aegrōt____.'
8. Titus: "Ego librum meum nōn habeo." Titus dicit '____ librum____ nōn hab____.'
9. Sextus: "Laudor ā magistrō meō." Sextus dicit '____ laud____ ā magistrō____.'
10. Servus: "Dominō meō pārēō." Servus dicit '____ dominō____ pār____.'
11. Lydia: "Cum amīcō meō proficiscor." Lydia dicit '____ cum amīcō____ proficisc____.'
12. Militēs: "Nōs patriam nostram dēfendimus." Militēs dicunt '____ patriam____ dēfend____.'

Exercitium 10

1. Quīntus, quī hodiē abest, etiam _____ ā magistrō laudātur.
2. Magistrō suō pārere _____.
3. Magister ē sacculō suō _____ duōs nummōs, _____ et _____.

4. Magister: "Quot sēstertii sunt sex dēnārii?" Titus digitis _____ :
 "...quattuor, ...octō, ...duodecim..."
5. Titus: "Sunt sēstertii... vīginti? an trīgintā?" Titus nōn _____, sed
 _____ est. Sextus autem rēctē respondet.
6. Magister Sextō assem dat, et dēnārium in sacculō _____ .
7. Magister _____ nōn est neque pecūniam suam discipulis
 _____ .
8. Mārcus: " _____ [= cūr] nōs computāre docēs, magister?"
9. Magister: "Id exemplō _____ possum: Sī sēdecim assēs cum
 amīcō tuō _____ [= dīvidis]..."

dēmōstrāre
 dēnārius
 incertus
 largīri
 largus
 oportēre
 partīri
 prōmere
 quārē
 repōnere

Exercitium 11

1. Quid magister ē sacculō suō prōmit? ...
2. Quot assēs est ūnus sēstertius et quot sēstertii ūnus dēnārius? ...
3. Quōmodo parvī discipuli computant? ...
4. Cūr Titus magistrō interrogantī nōn statim respondet? ...
5. Quid dīcit Sextus manum tollēns? ...
6. Cūr incertum est respōnsum Titī? ...
7. Sextusne incertus est? ...
8. Quid magister Sextō dat? ...
9. Estne largus magister Diodōrus? ...
10. Quārē puerī computāre discunt? ...
11. Cūr Mārcus decem assēs nōn habet? ...
12. Cūr magister Mārcum nihil docēre potest? ...
13. Tūne pecūniam tuam partīris cum amīcīs? ...

Lēctiō grammatica (versūs 153–193)

Lēctiō grammatica

Exercitium 12

1. *Laud|or, laudā|mur* est persōna _____ verbī passivī.
 2. *Laudā|ris, laudā|minī* est persōna _____ verbī passivī.
 3. *Laudā|tur, laudā|ntur* est persōna _____ verbī passivī.
 4. Persōnae verbī passivī: persōna tertia -*tur, -ntur*; persōna
 secunda - _____, - _____; persōna prima - _____, - _____.
- | | Sing. | Plūr. | Sing. | Plūr. |
|-------------|------------------|------------------|------------------|------------------|
| 5. Pers. 1 | <i>vocor</i> | <i>voc</i> _____ | <i>vid</i> _____ | <i>vid</i> _____ |
| 6. Pers. 2 | <i>voc</i> _____ | <i>voc</i> _____ | <i>vid</i> _____ | <i>vid</i> _____ |
| 7. Pers. 3 | <i>voc</i> _____ | <i>voc</i> _____ | <i>vid</i> _____ | <i>vid</i> _____ |
| 8. Pers. 1 | <i>dūc</i> _____ | <i>dūc</i> _____ | <i>aud</i> _____ | <i>aud</i> _____ |
| 9. Pers. 2 | <i>dūc</i> _____ | <i>dūc</i> _____ | <i>aud</i> _____ | <i>aud</i> _____ |
| 10. Pers. 3 | <i>dūc</i> _____ | <i>dūc</i> _____ | <i>aud</i> _____ | <i>aud</i> _____ |
11. *Laet|or, laetā|mur* est persōna _____ verbī dēpōnentis.
 12. *Laetā|ris, laetā|minī* est persōna _____ verbī dēpōnentis.
 13. *Laetā|tur, laetā|ntur* est persōna _____ verbī dēpōnentis.
- | | Sing. | Plūr. | Sing. | Plūr. |
|-------------|-------------------|-------------------|-------------------|-------------------|
| 14. Pers. 1 | <i>cōnor</i> | <i>cōn</i> _____ | <i>ver</i> _____ | <i>ver</i> _____ |
| 15. Pers. 2 | <i>cōn</i> _____ | <i>cōn</i> _____ | <i>ver</i> _____ | <i>ver</i> _____ |
| 16. Pers. 3 | <i>cōn</i> _____ | <i>cōn</i> _____ | <i>ver</i> _____ | <i>ver</i> _____ |
| 17. Pers. 1 | <i>loqu</i> _____ | <i>loqu</i> _____ | <i>part</i> _____ | <i>part</i> _____ |
| 18. Pers. 2 | <i>loqu</i> _____ | <i>loqu</i> _____ | <i>part</i> _____ | <i>part</i> _____ |
| 19. Pers. 3 | <i>loqu</i> _____ | <i>loqu</i> _____ | <i>part</i> _____ | <i>part</i> _____ |

Persōnae verbī passivī
 et dēpōnentis

	sing.	plūr.
pers. 1	- <i>or</i>	- <i>mur</i>
pers. 2	- <i>ris</i>	- <i>minī</i>
pers. 3	- <i>tur</i>	- <i>ntur</i>
[1]	1 - <i>or</i>	- <i>ā mur</i>
	2 - <i>ā ris</i>	- <i>ā minī</i>
	3 - <i>ā tur</i>	- <i>a ntur</i>
[2]	1 - <i>e or</i>	- <i>ē mur</i>
	2 - <i>ē ris</i>	- <i>ē minī</i>
	3 - <i>ē tur</i>	- <i>e ntur</i>
[3]	1 - <i>or</i>	- <i>imur</i>
	2 - <i>eris</i>	- <i>iminī</i>
	3 - <i>itur</i>	- <i>untur</i>
[4]	1 - <i>i or</i>	- <i>i mur</i>
	2 - <i>i ris</i>	- <i>i minī</i>
	3 - <i>i tur</i>	- <i>i untur</i>

Cap. XVIII

Lēctiō I

īdem eadem idem
eundem eandem idem
eiusdem
eidem
eōdem eādem eōdem

coniungere
cōnsonāns
dictāre
erus
frequēns
intelligere
ita
iungere
legere
lingua
rārus
scrībere
sententia
sīc
significāre
varius
vōcālis

facere
facit faciunt

CAPITVLVM DVODEVICESIMVM

Lēctiō prīma (versūs 1–61)

Exercitium 1

1. Dāvus et Ursus sunt servī ____dem dominī.
2. Dāvus et Ursus ____dem dominum habent.
3. Dāvō et Ursō ____dem dominus est.
4. Dāvus et Ursus ____dem dominō pārent.
5. Dāvus et Ursus cum ____dem dominō habitant.
6. Dēlia et Syra sunt ancillae ____dem dominae.
7. Dēlia et Syra ____dem dominam habent.
8. Dēliae et Syrae ____dem domina est.
9. Dēlia et Syra ____dem dominae pārent.
10. Dēlia et Syra cum ____dem dominā habitant.
11. Patrī et filiō ____dem cognōmen est.
12. Pater et filius ____dem cognōmen habent.
13. Mare Īferum et Tūscum sunt duo nōmina ____dem maris.
14. ____dem marī duo nōmina sunt.
15. Pater et māter in ____dem cubiculō dormiunt.

Exercitium 2

1. Ex litterīs Latīnīs sex _____ sunt, cēterae sunt _____.
2. In _____ Latīnā *k* littera nōn _____, sed _____ est.
3. Cōnsonāns semper cum vōcālī _____.
4. Cum vocābula _____ [= iunguntur], _____ fiunt.
5. Haec vocābula *dominus* et _____ eundem hominem _____.
6. Magister librōs et Graecōs et Latīnōs _____ potest.
7. Mārcus vocābula Graeca nōn _____.
8. Discipulī in tabulīs _____ id quod magister iīs _____.
9. _____ [= eō modō] puerī scribere discunt.
10. Mārcus vocābulum *homō* scrībit _____ [= hōc modō]: *OMO*.
11. Barbarīs nōn eadem lingua, sed _____ linguae sunt.

Exercitium 3

1. Quot sunt litterae Latīnae? ...
2. Quot sunt vōcālēs et quot cōnsonantēs? ...
3. Estne *b* vōcālis an cōnsonāns? ...
4. Suntne vōcālēs an cōnsonantēs litterae *e* et *o*? ...
5. In quibus vocābulīs reperiuntur litterae *y* et *z*? ...
6. Quid est zephyrus? ...
7. Num *k* littera frequēns est in linguā Latīnā? ...
8. Quid est *Kaesō*? ...
9. In vocābulō *familia* quot litterae et quot syllabae sunt? ...
10. Utrum vocābulum rārius est *dominus* an *erus*? ...
11. Quōs librōs magister legere potest? ...
12. Quōmodo parvus discipulus legit? ...
13. Quid scrībunt discipulī? ...
14. Omnēsne discipulī rēctē scrībunt? ...

Exercitium 4

1. Vōcālis per sē syllabam _____ potest.
2. Sine vōcālī syllaba _____ nōn potest.
3. Cōnsonāns per sē syllabam nōn _____.

4. Sī cōnsonāns cum vōcālī iungitur, syllaba _____ .
5. Cum syllabae coniunguntur, vocābula _____ .
6. Ōrnāmenta fēminam pulchram etiam pulchriōrem _____ .
7. Ōrnāmentis fēmina pulchra etiam pulchrior _____ .

ferī
fit fiunt

Exercitium 5

1. In tabulā suā _____ que discipulus eandem sententiam scribit.
2. Magister _____ que discipulum ad sē vocat, primum Sextum, tum Titum, postrēmō Mārcum.
3. Magister tabulam _____ que discipulī aspicit.
4. Magister suam _____ que discipulō tabulam reddit.
5. Parvus discipulus cum legit _____ que litteram _____ que syllabae et _____ que syllabam _____ que vocābulī dicit.
6. Ita _____ que vocābulum ā _____ que discipulō legitur.
7. In vocābulō *September* _____ que syllaba vōcālem habet: in _____ que syllabā eadem vōcālis est.
8. In linguā Graecā suum _____ que litterae nōmen est, ut *A alpha*, *B beta*, *Γ gamma*, *Δ delta*, cēt.

quis- quae- quod -que
quem- quam- quod -que
cuius-que
cui-que
quō- quā- quō -que

Lēctiō secunda (versūs 62–118)

Lēctiō II

Exercitium 6

1. Titus nōn tam stultus nec tam pig _____ est quam Mārcus.
2. Mārcus stultior et pig _____ est quam ceterī discipulī.
3. Mārcus discipulus stultissimus et pig _____ est.
4. Ānulus sine gemmā nōn tam pulch _____ est quam ānulus gemmātus.
5. Ānulus quem Mēdus emit pulch _____ est quam ceterī ānulī Albīnī.
6. Mēdus ānulum Albīnī pulch _____ emit.
7. Capillus Sextī et Titī nōn tam nig _____ est quam Mārcī.
8. Capillus Mārcī nig _____ est quam ceterōrum puerōrum.
9. Capillus Mārcī nig _____ est.

-er
-rior
-errimus

Exercitium 7

Exempla: Quālis miles est Aemilius? Miles probus et fortis est.

Quōmodo pugnat? Aemilius probē et fortiter pugnat.

1. Quālis discipulus est Mārcus? Mārcus discipulus stult _____ est.
2. Quōmodo Mārcus respondet? Mārcus stult _____ respondet.
3. Quāle est respōnsum Sextī? Respōnsum eius rēct _____ est.
4. Quōmodo Sextus respondet? Sextus rēct _____ respondet.
5. Quālēs sunt litterae Mārcī? Litterae eius nōn pulchr _____ sunt, sed foed _____ (= turp _____).
6. Quōmodo scribit Mārcus? Mārcus nōn pulchr _____, sed foed _____ (= turp _____) scribit.
7. Magister librōs Latīn _____ et Graec _____ legere potest.
8. Magister et Latīn _____ et Graec _____ legere potest.
9. Mārcus lev _____ manū scribit: Mārcus lev _____ scribit.
10. Militēs fort _____ nōn fugiunt, sed fort _____ pugnant.
11. Aemilius long _____ abest ā sorōre suā.
12. Pater pecūniam suam aequ _____ partitur inter filiōs.
13. Cert _____ Aemilia fēmina pulchrior est quam Syra.
14. Mēnsēs annī nōn aequ _____ longi sunt.
15. Syra mal _____ aurēs habet: Syra _____ audit.
16. Aquila bon _____ oculōs habet: aquila _____ videt.

-us -a -um
-ē
-is -e
-iter
bonus -a -um
bene
malus -a -um
male

A nōn tam -ē/-iter -t
quam B = B -ius -t
quam A

-ior -ius
-ius
-issimus -a -um
(-rimus -a -um)
-issimē (-rimē)

addere
apis
bēstiola
cēra
comparāre
corrīgere
desse
dūrus
efficere
exaudire
ferrum
māteria
mendium
mollis
premere
quālis
tālis
turpis

Exercitium 8

Exemplum:

Sextus nōn tam prāvē nec tam turpiter scribit quam Mārcus =
Mārcus prāvius et turpius scribit quam Sextus.

1. Lūna nōn tam clār_____ lūcet quam sōl = Sōl clār_____ lūcet quam lūna.
2. Hostēs nōn tam fort_____ pugnant quam Rōmānī = Rōmānī fort_____ pugnant quam hostēs.
3. Manus fēminae nōn tam grav_____ pulsatur quam virī = Manus virī grav_____ pulsatur quam fēminae.
4. Mārcus nōn tam pulchr_____ scribit quam Sextus = Sextus pulchr_____ scribit quam Mārcus.
5. Titus nōn tam stult_____ respondet quam Mārcus nec tam sevēr_____ reprehenditur = Mārcus stult_____ respondet quam Titus et sevēr_____ reprehenditur.
6. Titus nōn tam foed_____ nec tam lev_____ scribit quam Mārcus = Mārcus foed_____ et lev_____ scribit quam Titus.

Exercitium 9

1. Nūlla stēlla clār_____ est quam sōl: sōl stēlla clār_____ est.
2. Nūlla stēlla clār_____ lūcet quam sōl: sōl clār_____ lūcet.
3. Mārcus stult_____ est quam cēterī discipulī: Mārcus discipulus stult_____ est.
4. Nēmō stult_____ respondet quam Mārcus: Mārcus stult_____ respondet.
5. Nūllī militēs fort_____ sunt quam Rōmānī; Rōmānī militēs fort_____ sunt.
6. Nūllī militēs fort_____ pugnant quam Rōmānī; militēs Rōmānī fort_____ pugnant.
7. Nēmō rēct_____ aut pulchr_____ scribit quam Sextus: is rēct_____ ac pulcher_____ scribit.
8. Mārcus turp_____ et prāv_____ scribit quam cēterī discipulī: is turp_____ et prāv_____ scribit.

Exercitium 10

1. Magister litterās Mārcī cum litterīs Titī _____ .
2. _____ sunt litterae eōrum? Aequē _____ [= foedae] sunt.
3. _____ litterae vix legī possunt.
4. Id quod Mārcus parvā vōce dicit ā magistrō _____ .
5. In tabulā Mārcī iv _____ sunt, nam iv litterae _____ .
6. Magister litterās quae dēsunt _____ ; ita menda _____ .
7. Tabulae operiuntur _____ , id est _____ mollī quam _____ , _____ [= parvae bēstiae] industriae, faciunt.
8. Cēra nōn est māteria _____ , sed _____ .
9. _____ est māteria dūra ex quā gladiī _____ .
10. Sī cēra nimis dūra est, necesse est stilum _____ .

Exercitium 11

1. Quālēs sunt litterae Sextī? ...
2. Cūr difficile est litterās Titī et Mārcī legere? ...
3. Titusne pulchrius scribit quam Mārcus? ...
4. Cūr facile est rēctius quam Mārcus scribere? ...
5. Cum quō discipulō sē comparat Titus? ...
6. Uter sevērius reprehenditur, Titusne an Mārcus? ...

7. Cūr Mārcus OMO ABET scrībit? ...
8. Quae littera in iis vocābulis deest? ...
9. Quot menda sunt in sententiā Mārci? ...
10. Quōmodo magister menda Mārci corrigit? ...
11. Cūr tenuēs sunt līneae quās Mārcus scrībit? ...
12. Quā materiā tabulae operiuntur? ...
13. Quae animālia cēram faciunt? ...
14. Cūr Mārcus aliam tabulam poscit? ...
15. Quid est ferrum? ...

Lēctiō tertiā (versūs 119–192)

Lēctiō III

Exercitium 12

Iūlia cantat: “La-la-la...” Estne *la* vocābulum Latīnum? *La* nōn est vocābulum, sed syllaba nihil significāns quam puella laeta iterum atque iterum cantat.

1. Quot_____ Iūlia *la* cantat? Iūlia *la* cantat
quīnqu_____ : “La-la-la-la-la.”
sex_____ : “La-la-la-la-la-la.”
sept_____ : “La-la-la-la-la-la-la.”
oct_____ : “La-la-la-la-la-la-la-la.”
nov_____ : “La-la-la-la-la-la-la-la-la.”
dec_____ : “La-la-la-la-la-la-la-la-la-la.”
2. Mārcus, quī eandem syllabam tot_____ audire nōn vult, puellam cantantem pulsat.
3. Tum Quīntus Mārcum pulsat. Quot_____ ? _____ [1×] tantum, nam Mārcus item Quīntum _____ pulsat.
4. Quot_____ Iūliam pulsat Mārcus? Mārcus Iūliam _____ [2×] pulsat.
5. Iūlia _____ [3×] mātrem vocat: “Mamma! Mam-ma! Ma-am-ma!”
6. Magister Mārcum interrogat _____ [4×]: “Quot sunt xxx et x? xxx et vii? xxx et viii? xxx et ix?”
7. Mārcus _____ [1×] rēctē et _____ [3×] prāvē respondet.

-iēs
quotiēs?
semel (1×)
bis (2×)
ter (3×)
quater (4×)
quīnquiēs (5×)
sexiēs (6×)
septiēs (7×)
octiēs (8×)
noviēs (9×)
deciēs (10×)
totiēs

Exercitium 13

1. In vocābulō HOCVLVS H littera _____ .
2. Titus stilum vertēns eam litteram _____ .
3. Magister id quod Titus agit nōn _____ .
4. Sextus multās _____ ad patrem suum absentem scrībit.
5. Sextus est discipulus _____ [= industrius].
6. Magister nōn stilō in cērā, sed _____ in _____ scrībit.
7. Ea herba ex quā charta efficitur _____ appellātur.
8. Kalendīs discipulī magistrō suō _____ afferunt.
9. Magister ānulum suum in cērā _____ : ita epistulam _____

animadvertere
calamus
charta
dēlēre
epistula
impiger
imprimere
mercēs
papyrus
signāre
superesse

Exercitium 14

1. Quotiēs Mārcus eandem litteram scrībit? ...
2. Quotiēs scrībit tōtam sententiam? ...
3. Quid Titus in tabulā Mārci animadvertit? ...
4. Cūr Titus nūllum verbum facit? ...
5. Quōmodo Mārcus vocābulum HOCVLOS corrigit? ...
6. Semperne domī est pater Mārci? ...
7. Stilōne in cērā scrībit magister? ...
8. Ubi papyrus reperitur? ...

Lēctiō grammatica

adiectivum (adi.)
adverbium (adv.)adi. -us -a -um
adv. -ēadi. -is -e
adv. -itercomparativus et super-
lātivus adverbii
pos. -ē/-iter
comp. -ius
sup. -issimē (-rimē)

Cap. XIX

Lēctiō I

bonus -a -um
melior -ius
optimus -a -ummalus -a -um
pēior -ius
pessimus -a -ummagnus -a -um
māior -ius
māximus -a -umparvus -a -um
minor minus
minimus -a -ummultī -ae -a
plūrēs -a
plūrimī -ae -a

9. Ad quem magister epistolam scribit? ...
10. Quid magister in epistula sua scribit? ...
11. Quid magister poscit a discipulis? ...
12. Quid est mercēs? ...
13. Quando discipuli mercēdem afferre solent? ...
14. Quid magister addit antequam epistolam signat? ...

Lēctiō grammatica (versūs 193–212)

Exercitium 15

Exempla: *Discipulus stultus stultē respondet.**Manus levis leviter scribit.*

1. *Stultus* adiectivum est; *stultē* _____ est.
2. *Stultus* et *levis* nōn adverbia, sed _____ sunt.
3. *Stultē* et *leviter* nōn sunt _____, sed _____.
4. Adiectivum: *rēct|us -a -um*; adverbium: *rēct|_____*.
5. Adiectivum: *fort|is -e*; adverbium: *fort|_____*.
6. Adverbium: *longē*; adiectivum: *long|_____ - _____ - _____*.
7. Adverbium: *graviter*; adiectivum: *grav|_____ - _____*.
8. Adiectivum: *pulcher -chr|a -chr|um*; adverbium: *pulchr|_____*.

Exercitium 16

Exempla: *Mārcus prāvē et turpiter scribit.**Nēmō prāvius aut turpius scribit quam Mārcus.**Mārcus prāvissimē et turpissimē scribit.*

1. *Prāvē* et *turpiter* positivus adverbii est; *prāvius* et *turpius* est _____, *prāvissimē* et *turpissimē* _____ adverbii.
2. Positivus: *rēctē*; comparativus: *rēct|_____*; superlativus: *rēct|_____*.
3. Positivus: *leviter*; comparativus: *lev|_____*; superlativus: *lev|_____*.
4. Positivus: *pulchrē*; comparativus: *pulchr|_____*; superlativus: *pulchr|_____*.

CAPITVLVM VNDEVICESIMVM

Lēctiō prīma (versūs 1–58)

Exercitium 1

1. Magister: "Sextus bonus discipulus est; nēmō discipulōrum meōrum _____ est quam ille: Sextus discipulus meus _____ est."
2. Magister: "Mārcus malus discipulus est; nēmō discipulōrum meōrum _____ est quam ille: Mārcus discipulus meus _____ est."
3. Sicilia insula magna est, _____ quam Corsica et Sardinia; Sicilia _____ hārum insulārum est.
4. Melita insula parva est, multō _____ quam Sicilia et Sardinia; Melita _____ hārum insulārum est.
5. Digitus quārtus _____ est quam digitus medius et _____ quam digitus quīntus, quī _____ est ex quīnque digitis.
6. Ōstia est magnum oppidum, _____ quam Tūsculum, sed _____ quam Rōma.
7. Iūlius multōs servōs habet, _____ quam Cornēlius aut Fabius; ex tribus dominis Iūlius _____ servōs habet.

Exercitium 2

1. Aemilia _____ Iūlii est; Iūlius _____ Aemiliae est.
2. Marītus et uxor sub eōdem _____ habitant.
3. Inter altās _____, quae tēctum sustinent, tria _____ stant.
4. Iūnō, _____ [= uxor] Iovis, est _____ matrōnārum.
5. Venus dea _____ ac _____ est, neque _____ alia dea pulchrior est quam illa; _____ Veneris ab omnibus laudātur.
6. Venus et Cupīdō ab _____ invocantur.
7. Ante decem annōs Aemilia nōn _____, sed _____ erat, quae apud parentēs suōs in _____ Rōmānā habitābat.
8. Tunc Iūlius _____ vigintī duōrum annōrum erat.
9. Iuppiter 'Optimū Māximus' _____ [= appellātur].
10. In Capitoliō est _____ Iovis Optimī Māximī.
11. In Palātiō sunt domūs _____ [= magnae et pulchrae].
12. In _____ Rōmānum multī hominēs _____.

adulēscēns
amantēs
amor
columna
coniūnx
convenīre
dea
domus
forum
magnificus
marītus
matrōna
pulchritūdō
signum
tēctum
templum
ūllus
uxor
virgō
vocāre

Exercitium 3

1. Cuius marītus est Iūlius? ...
2. Ubi sunt marītus et uxor et quid agunt? ...
3. Quōmodo sustinētur tēctum peristylī? ...
4. Quibus signīs peristylum ornātur? ...
5. Quae sunt Venus et Iūnō? ...
6. Cuius uxor est Iūnō? ...
7. Num Iuppiter bonus marītus est? ...
8. Cūr amantēs Venerem et Cupīdinem invocant? ...
9. Quot liberōs habent Iūlius et Aemilia? ...
10. Uter filius minor est, Mārcusne an Quīntus? ...
11. Quis est māximus liberōrum? ...
12. Quot annōs habet Iūlia? ...
13. Ante decem annōs ubi habitābat Aemilia? ...
14. Ubi est templum Iovis Optimī Māximī? ...
15. Estne Tūsculum oppidum māius quam Ōstia? ...
16. Quae est urbs māxima imperīi Rōmāni? ...

Exercitium 4

1. Iūlius nōn du_____ filiās, sed ūn_____ filiam habet.
2. Cornēlius nōn du_____ filiōs, sed ūn_____ filium habet.
3. Cornēliō ūn_____ filius est, nōn du_____, neque eī du_____ filiae sunt, sed ūn_____ tantum.
4. Iūliō sunt tr_____ liberī: du_____ filiī et ūn_____ filia.
5. Iūlius est pater tr_____ liberōrum: du_____ filiōrum et ūn_____ filiae.
6. Māter in ātriō est cum tr_____ liberīs et du_____ ancillīs.
7. Iūlius ā du_____ servīs vehitur.
8. In peristylō sunt tr_____ signa: ūn_____ Cupīdinis, du_____ altera Iūnōnis et Veneris.
9. In peristylō sunt signa du_____ deārum et ūn_____ deī.
10. Signum Cupīdinis est minimum hōrum tr_____ signōrum (= ex hīs tr_____ signīs).
11. Via Aurēlia, Flāminia, Appia sunt tr_____ viae Italiae.
12. Via Appia longissima est hārum tr_____ viārum (= ex hīs tr_____ viīs).

ūnus -a -um
ūnum -am -um
ūnius
ūnō -ā -ō
duo -ae -o
duōs -ās -o
duōrum -ārum -ōrum
duōbus -ābus -ōbus
trēs tria
trium
tribus

Lectiō II

	(nunc)	(tunc)
	est	erat
	sunt	erant
[1]	-at	-ābat
	-ant	-ābant
[2]	-et	-ēbat
	-ent	-ēbant
[3]	-it	-ēbat
	-unt	-ēbant
[4]	-it	-iēbat
	-iunt	-iēbant
[1]	-ātur	-ābātur
	-antur	-ābantur
[2]	-ētur	-ēbātur
	-entur	-ēbantur
[3]	-itur	-ēbātur
	-untur	-ēbantur
[4]	-itur	-iēbātur
	-iuntur	-iēbantur

beātus
cotidiē
dīves
dōnum
flōs
miser
mittere
pauper
possidēre
remittere
tamen

Lectiō secunda (versūs 59–88)

Exercitium 5

- Sextus, filiūs Cornēlii, est discipulus probus, quī magistrō pār____, bene comput____, pulchrē scrib____neque in lūdō dorm____.
- Itaque Sextus saepe ā magistrō laud____, numquam reprehend____.
- Ante vīgintī annōs Cornēlius, pater Sextī, ipse puer _____, quī Rōmae habit____.
- Tunc is discipulus tam probus _____ quam filiūs eius nunc ____.
- Cornēlius magistrō pār____, bene comput____, pulchrē scrib____neque in lūdō dorm____.
- Omnia verba magistrī ā discipulō industriō aud____.
- Itaque Cornēlius saepe ā magistrō laud____, numquam reprehend____.
- Mārcus et Titus discipulī improbī sunt, quī in lūdō dorm____, male comput____, foedē scrib____nec magistrō pār____.
- Itaque saepe ā magistrō reprehend____ ac verber____.
- Ante vīgintī annōs Iūlius, pater Mārci, et Fabius, pater Titī, ipsī puerī _____, quī Rōmae habit____.
- Tunc ii discipulī tam improbī _____ quam filiī eōrum nunc _____.
- Iūlius et Fabius male comput____, foedē scrib____, nec magistrō pār____.
- In lūdō Iūlius et Fabius aut dorm____ aut clām____ et rīd____.
- Vōx magistrī ab illis discipulis nōn aud____.
- Iūlius et Fabius magistrum suum nōn tim____, quamquam saepe ab eō reprehend____ ac verber____.
- In illō lūdō magister ā discipulis nōn tim____, sed discipulī improbissimī ā magistrō tim____!

Exercitium 6

- Pater Iūlii homō _____ [= pecūniōsus] erat.
- Pater Aemiliae homō _____ erat, quī ūnam domum exiguam _____.
- Aemilia Iūlium nōn amābat, sed _____ Iūlius multa _____ eī dabat et _____ [= omnī diē] epistulās ad eam scribēbat.
- Aemilia dōna eius nōn accipiēbat, sed omnia _____.
- Quī fēminam amat nec ab eā amātur nōn _____, sed _____ est.
- Virī epistulās et rosās aliōsque _____ ad amīcās suās _____ solent.

Exercitium 7

- Vivitne pater Iūlii? ...
- Ubi habitābat pater Aemiliae? ...
- Num Iūlius propter pecūniam Aemiliam amābat? ...
- Cūr tunc miser erat Iūlius? ...
- Quem virum Aemilia amābat? ...
- Cūr misera erat Aemilia? ...
- Cūr Crassus Aemiliam nōn amābat? ...
- Quid Iūlius ad Aemiliam mittēbat? ...
- Omniāne dōna Iūlii ab Aemiliā remittēbantur? ...
- Cūr Iūlius et Aemilia hodiē beātī sunt? ...

Lectiō tertiā (versūs 89–153)

Exercitium 8

1. Ante xx annōs Iūlius ipse malus discipulus erat, quī in lūdō aut dormi_____ aut clāmā_____ et rīdē_____ et aliās rēs ag_____ .
2. Ergō Iūlius ā magistrō nōn laudā_____, sed reprehend_____ ac pūni_____ .
3. Iūlius nihil disc_____, quamquam ā bonō magistrō docē_____ .
4. Mārcus: “Num tū melior discipulus _____, pater, quam ego sum?”
5. Iūlius: “Ego discipulus multō melior _____ quam tū nunc es!”
6. Mārcus: “Nōne tū in lūdō dormi_____ aut clāmā_____ et rīdē_____ et aliās rēs ag_____?”
7. Iūlius: “Ego numquam in lūdō dormi_____ aut clāmā_____ et rīdē_____ aut aliās rēs ag_____ .”
8. Iūlius: “Ego multum disc_____, quia ā bonō magistrō docē_____, neque ab eō reprehend_____ aut pūni_____, sed semper laudā_____ .”
9. Mārcus: “Sī numquam reprehend_____ aut pūni_____, sed semper laudā_____, certē ā malō magistrō docē_____ !”
10. Ante xx annōs Iūlius et Fabius malī discipulī _____, quī in lūdō dormi_____ aut clāmā_____ et rīdē_____ et aliās rēs ag_____ .
11. Itaque Iūlius et Fabius ā magistrō suō nōn laudā_____, sed reprehend_____ ac pūni_____ .
12. Iī discipulī nihil disc_____, quamquam ā bonō magistrō docē_____ .
13. Quīntus: “Num vōs meliōrēs discipulī _____ quam nōs sumus?”
14. Iūlius: “Nōs discipulī multō meliōrēs _____ quam vōs nunc estis!”
15. Quīntus: “Nōne vōs in lūdō dormi_____ aut clāmā_____ et rīdē_____ et aliās rēs ag_____?”
16. Iūlius: “Nōs numquam in lūdō dormi_____ aut clāmā_____ et rīdē_____ aut aliās rēs ag_____ .”
17. Iūlius: “Nōs multum disc_____, quia ā bonō magistrō docē_____, neque ab eō reprehend_____ aut pūni_____, sed semper laudā_____ .”
18. Quīntus: “Sī vōs numquam reprehend_____ aut pūni_____, sed semper laudā_____, certē ā malō magistrō docē_____ !”

Exercitium 9

Exemplum: Fabius suum Lūcium filium vocat: “Venī, Lūcī, filī mī!”

1. Iūlius Cornēlium salūtat: “Salvē, Cornēl_____ !”
2. Aemilia virō suō “Ō Iūl_____” inquit, “m_____ optime vir!”
3. Aemilia, cum frātrī Aemiliō epistolam scribit, sic finem facit: “Valē, Aemil_____, m_____ frāter optime!”
4. Aemilia: “Ō Quīnte, m_____ fil_____, doletne pēs?”

Exercitium 10

1. Iūlius Aemiliae ōsculum dat = Iūlius Aemiliam _____ .
2. Aemilia: “Amor meus _____ tē tempore nōn _____ [= minor fit], immō vērō _____ .”
3. Iūlius semper _____ Aemiliā cōgitābat.
4. Aemilia: “Tū sōlus amōre meō _____ es, Iūli.”
5. Aemilia mātērōna _____ [= tenuis] est quam virgō erat.
6. Aemilia nec minus nec _____ est quam _____ est [= necesse est].

Lectiō III

eram	erāmus
erās	erātis
erat	erant
[1, 2]	
-bam	-bāmus
-bās	-bātis
-bat	-bant
[3, 4]	
-ēbam	-ēbāmus
-ēbās	-ēbātis
-ēbat	-ēbant
[1, 2]	
-bar	-bāmur
-bāris	-bāminī
-bātur	-bantur
[3, 4]	
-ēbar	-ēbāmur
-ēbāris	-ēbāminī
-ēbātur	-ēbantur
-ius	
-ī! (voc)	
filius	
filī!	
meus	
mī!	
augēre	
dē	
dignus	
ergā	
gracilis	
minuere	
minus	
opus esse	
ōsculārī	
plūs	

Exercitium 11

1. Amorne coniugum tempore minuitur? ...
2. Quid Aemilia dicit? ...
3. Cūr ridet Iūlius? ...
4. Cūr Crassus amore Aemiliae dignus nōn erat? ...
5. Cūr Aemilia hodiē fēmina beāta est? ...
6. Quibus rēbus Aemilia cotīdiē dēlectatur? ...
7. Quōmodo Iūlius pulchritūdinem Aemiliae laudat? ...
8. Cūr Aemilia signum Veneris aspicit? ...
9. Estne Aemilia tam gracilis quam Venus? ...
10. Cūr Aemilia Iūlium virum stultum vocat? ...

Lectiō grammatica

Lectiō grammatica (versūs 154–208)

Exercitium 12

Āctīvum

tempus praesēns
tempus praeteritum

praeteritum

āctīvum

[1, 2] sing. plūr.

- 1 -ba|m -bā|mus
- 2 -bā|s -bā|tis
- 3 -ba|t -ba|nt

[3, 4]

- 1 -ēba|m -ēbā|mus
- 2 -ēbā|s -ēbā|tis
- 3 -ēba|t -ēba|nt

passīvum

[1,2] sing. plūr.

- 1 -ba|r -bā|mur
- 2 -bā|ris -bā|minī
- 3 -bā|tur -ba|ntur

[3,4]

- 1 -ēba|r -ēbā|mur
- 2 -ēbā|ris -ēbā|minī
- 3 -ēbā|tur -ēba|ntur

1. *Voca|t, vide|t, dīc|it, audi|t* tempus _____ est.
2. *Vocā|bat, vidē|bat, dīc|ēbat, audi|ēbat* est tempus _____ .
3. Praeteritum: persōna tertia: [1, 2] -bat, -bant, [3, 4] -ēbat, -ēbant;
per sōna secunda: [1, 2] -_____, -_____, [3, 4] -_____, -_____;
persōna p̄ima: [1, 2] -_____, -_____, [3, 4] -_____, -_____ .

- | | Sing. | Plūr. | Sing. | Plūr. |
|------------|-------------------|-------------------|-------------------|-------------------|
| 4. Pers. 1 | <i>vocā</i> _____ | <i>vocā</i> _____ | <i>vidē</i> _____ | <i>vidē</i> _____ |
| 5. Pers. 2 | <i>vocā</i> _____ | <i>vocā</i> _____ | <i>vidē</i> _____ | <i>vidē</i> _____ |
| 6. Pers. 3 | <i>vocā</i> _____ | <i>vocā</i> _____ | <i>vidē</i> _____ | <i>vidē</i> _____ |
| 7. Pers. 1 | <i>dūc</i> _____ | <i>dūc</i> _____ | <i>audi</i> _____ | <i>audi</i> _____ |
| 8. Pers. 2 | <i>dūc</i> _____ | <i>dūc</i> _____ | <i>audi</i> _____ | <i>audi</i> _____ |
| 9. Pers. 3 | <i>dūc</i> _____ | <i>dūc</i> _____ | <i>audi</i> _____ | <i>audi</i> _____ |
10. Praeteritum verbī esse: singularis: pers. 1 *eram*, 2 *er*_____, 3 *er*_____;
plūrālis: pers. 1 *er*_____, 2 *er*_____, 3 *er*_____ .

Passīvum

11. *Vocā|bātur, vidē|bātur, dūc|ēbātur, audi|ēbātur* tempus _____
passīvī est.
12. Praeteritum passīvī: persōna tertia: [1, 2] -bātur, -bantur, [3, 4] -ēbātur,
-ēbantur; persōna secunda: [1, 2] -_____, -_____, [3, 4] -_____,
-_____; persōna p̄ima: [1, 2] -_____, -_____, [3, 4] -_____,
-_____ .

- | | Sing. | Plūr. | Sing. | Plūr. |
|-------------|-------------------|-------------------|-------------------|-------------------|
| 13. Pers. 1 | <i>vocā</i> _____ | <i>vocā</i> _____ | <i>vidē</i> _____ | <i>vidē</i> _____ |
| 14. Pers. 2 | <i>vocā</i> _____ | <i>vocā</i> _____ | <i>vidē</i> _____ | <i>vidē</i> _____ |
| 15. Pers. 3 | <i>vocā</i> _____ | <i>vocā</i> _____ | <i>vidē</i> _____ | <i>vidē</i> _____ |
| 16. Pers. 1 | <i>dūc</i> _____ | <i>dūc</i> _____ | <i>audi</i> _____ | <i>audi</i> _____ |
| 17. Pers. 2 | <i>dūc</i> _____ | <i>dūc</i> _____ | <i>audi</i> _____ | <i>audi</i> _____ |
| 18. Pers. 3 | <i>dūc</i> _____ | <i>dūc</i> _____ | <i>audi</i> _____ | <i>audi</i> _____ |

CAPITVLVM VICESIMVM

Lēctiō prīma (versūs 1–46)

Exercitium 1

1. In Italiā Mēdus miser er _____ , quia dominum timē _____ ac procul ab amīcā suā habitā _____ .
2. In Graeciā Mēdus beātus er _____ , quia cum amīcā suā habitā _____ nec dominum timē _____ .
3. In Italiā Mēdus et Lȳdia miserī er _____ , quia dominum Mēdi timē _____ nec in eādem urbe habitā _____ .
4. In Graeciā Mēdus et Lȳdia beātī er _____ , quia in eādem domō habitā _____ nec dominum Rōmānum timē _____ .

Exercitium 2

1. Crās Mārcus rŭrsus in lūdō pugnā _____ nec magistrō pārē _____ , aut dormi _____ nec verba magistrī audi _____ .
2. Crās Mārcus tam male computā _____ ac scrib _____ quam hodiē.
3. Ergō Mārcus rŭrsus ā magistrō reprehend _____ ac verberā _____ aut aliō modō pūni _____ .
4. Crās discipulī pigrī rŭrsus in lūdō pugnā _____ nec magistrō pārē _____ , aut dormi _____ nec verba magistrī audi _____ .
5. Crās discipulī tam male computā _____ ac scrib _____ quam hodiē.
6. Ergō discipulī rŭrsus ā magistrō reprehend _____ ac verberā _____ aut aliō modō pūni _____ .

Exercitium 3

1. Puer quī nōndum _____ [= loquī] potest _____ dīcitur.
2. Īnfāns quī ambulāre nōndum potest in _____ iacet.
3. _____ [= parvus] Īnfāns multās hōrās dormit; _____ enim infantī nōn minus _____ est quam cibus.
4. Īnfāns quī cibō _____ magnā vōce _____ ; ita parvulus Īnfāns cibum _____ [= poscit].
5. Parvulus Īnfāns nōn pāne, sed _____ vivit.
6. Nōn omnēs matrēs Īfantēs suōs ipsae _____ volunt.
7. Multi Īfantēs nōn ā matrībūs suis, sed ā _____ aluntur.
8. Nūtrix est _____ [= fēmina] quae nōn suum, sed _____ infantem alit.
9. Īnfāns prīma verba discit antequam primōs _____ facere potest.
10. Iūlius et Aemilia _____ novum Īfantem habēbunt.

Exercitium 4

1. Quid est Īnfāns? ...
2. Estne Quīntus Īnfāns? ...
3. Num Īnfāns in magnō lectō dormit? ...
4. Quōmodo parvulus Īnfāns cibum postulat? ...
5. Quid tum facit māter? ...
6. Quō cibō alitur Īnfāns parvulus? ...
7. Quid est nūtrix? ...
8. Cūr tot Īfantēs Rōmānī ā nūtrīcībūs aluntur? ...
9. Iūliane parvula Īnfāns est? ...
10. Cūr vacuae sunt cūnae Aemiliae? ...
11. Quādo Aemilia rŭrsus Īfantem habēbit? ...
12. Quot liberī tum erunt Iūliō et Aemiliae? ...
13. Quae verba Īnfāns primum dicere solet? ...

Cap. XX

Lēctiō I

erat erant
-bat -bant
erit erunt
-bit -bunt

crās = diē post hunc
diem

[1, 2]
-bit -bunt
-bitur -buntur

[3, 4]
-et -ent
-ētur -entur

alere
aliēnus
carēre
cūnae
fārī
gradus
īnfāns
lac
mox
mulier
necessārius
nūtrix
parvulus
postulāre
somnia
vāgīre

Lēctiō II

erō	erimus
eris	eritis
erit	erunt
[1, 2]	
-bō	-bimus
-bis	-bitis
-bit	-bunt
[3, 4]	
-am	-ēmus
-ēs	-ētis
-et	-ent
[1, 2]	
-bor	-bimur
-beris	-bimini
-bitur	-buntur
[3, 4]	
-ar	-ēmur
-ēris	-ēmini
-ētur	-entur

adversus
colloquī
colloquium
cūrāre
dēbere
filiola
futūrus
magis
manēre
nōlī
officium
pergere
profectō
rārō
sermō

Lēctiō secunda (versūs 47–102)

Exercitium 5

1. Post decem annōs Mārcus mīles er_____ et arma ger_____ ut avunculus eius.
2. Tum Mārcus fortiter pugnā_____, hostem nōn timē_____ nec ab eō fugi_____.
3. Mārcus cum magnō exercitū in Italiam reveni_____.
4. Mārcus: "Ego mīles er_____ ut avunculus meus; bona arma ger_____, fortiter pugnā_____, hostem nōn timē_____ nec ab eō fugi_____; cum magnō exercitū in Italiam reveni_____."
5. Mārcus: "At tū numquam mīles fortis er_____, Sexte. Etiam sī bona arma ger_____, nōn fortiter pugnā_____, nam hostem timē_____ atque ab eō fugi_____ et ad mātrem tuam reveni_____!"
6. Mārcus et Quīntus militēs er_____ et arma ger_____ ut avunculus eōrum: fortiter pugnā_____, hostem nōn timē_____ nec ab eō fugi_____; cum magnō exercitū in Italiam reveni_____.
7. Mārcus: "Ego et frāter meus militēs er_____ ut avunculus noster; bona arma ger_____, fortiter pugnā_____, hostem nōn timē_____ nec ab eō fugi_____; cum magnō exercitū in Italiam reveni_____."
8. Mārcus: "At vōs numquam militēs fortēs er_____ Sexte et Tite! Etiam sī bona arma ger_____, nōn fortiter pugnā_____, nam hostem timē_____ atque ab eō fugi_____ et ad mātres vestrās reveni_____!"
9. Lȳdia: "Nōlī timēre, Mēde! Dominus nōs servā_____ et in portum veh_____."
10. Mēdus: "Egone quoque ā dominō tuō servā_____ et in portum veh_____?"
11. Lȳdia: "Certē tū quoque servā_____, Mēde, et mēcum in portum veh_____. Nautae quoque servā_____."
12. Nautae: "Nōs ā Neptūnō servā_____; ab illō deō in portum veh_____."
13. Lȳdia: "Nōn ā Neptūnō, sed ā Dominō nostrō servā_____, nautae, et in portum veh_____."

Exercitium 6

1. Iūlius et Aemilia iam nōn dē rēbus praeteritis _____, sed dē rēbus _____.
2. Iūlius: "_____ [= certē] parvulam filiā amābō."
3. Aemilia: "Sed tuam Iūliam _____ [= parvam filiā] minus amās quam filiōs."
4. Iūlius: "Ego nēminem _____ amō quam filiā meam."
5. Aemilia: "Filiōs saepe laudās, Iūliam _____ laudās."
6. Aemilia, quae abire vult, gradum _____ ostium facit.
7. Iūlius: "_____ abire, Aemilia!"
8. Aemilia ā Iūliō nōn abit neque cum eō colloquī dēsinit: apud maritum _____ atque cum eō colloquī _____.
9. _____ [< colloquī] est _____ inter duōs.
10. Aemilia: "Māter infantem suum alere _____: id est mātris _____."
11. Nēmō infantem melius _____ potest quam māter.

Exercitium 7

1. Estne sermō parentum dē tempore praeteritō? ...
2. Cūr parentēs iam dē rēbus futūris colloquuntur? ...
3. Filiumne an filiā vult Aemilia? ...
4. Cūr Aemilia gradum adversus ostium facit? ...
5. Discēditne Aemilia? ...

6. Num infāns Aemiliae ā nūtrīce alētur? ...
7. Cūr Aemilia ipsa infantem suum cūrāre vult? ...
8. Quid Aemilia officium mātris esse dīcit? ...
9. In quō cubiculō novus infāns nocte dormiet? ...
10. Cūr Iūlius in eōdem cubiculō dormire nōn vult? ...
11. Quid Iūlius officium patris esse dīcit? ...

Lēctiō tertiā (versūs 103–164)

Exercitium 8

1. Iūlius et Aemilia in viā ante tabernam cōsistunt, quia flōrēs emere _____.
2. Tabernārius rosās et lilia aliōsque flōrēs iis ostendit et “Quōs flōrēs _____?” inquit.
3. Iūlius: “Nōn rōsās, sed lilia _____.”
4. Tabernārius: “Cūr vōs rosās nōn _____?”
5. Iūlius: “Nōs rosās tuās emere _____, quia in hortō nostrō multae sunt rosae.”
6. Aemilia: “Sed hae rosae pulchriōrēs sunt. Ego rosās _____, lilia _____.” Aemilia dīcit ‘sē rosās _____, lilia _____.’
7. Iūlius: “Sī tū lilia nōn _____, ego nec rosās nec lilia emere _____.”
8. Iūlius, quī nullōs flōrēs emere _____, ā tabernā abit.
9. Aemilia “_____ mē relinquere” inquit eumque sequitur.
10. Tabernārius: “Manēte! _____ abire!”
11. Hominēs quī flōrēs emere _____ ad tabernam adeunt, quī flōrēs emere _____ ā tabernā abeunt.

Exercitium 9

1. Aemilia, quae exīre vult, Syrae in ōstiō _____.
2. Syra _____ cum Iūliā ex hortō venit.
3. Iūlius et Aemilia _____ [= tacent]; Iūlia _____ parentum animadvertit et “Cūr silētis?” inquit.
4. Iūlius _____ Rōmam ibit et mox _____ [= ad domum suam] _____ [= redībit].
5. Parentēs liberōs suōs _____ [= amant].
6. Sermō infantium Iūliam nōn _____.
7. Quī per imbrem ambulat _____ fit.
8. Nautae mercēs ex terrīs aliēnīs in Italiam _____.

Exercitium 10

1. Cui Aemilia in ōstiō occurrit? ...
2. Cūr Syra et Iūlia ex hortō exeunt? ...
3. Estne caelum serēnum? ...
4. Quō tum it Iūlius? ...
5. Sōlusne Iūlius in ātrium it? ...
6. In ātriōne colloquuntur coniugēs? ...
7. Quid silentēs aspiciunt? ...
8. Quis silentium eōrum animadvertit? ...
9. Quid Aemilia Iūliae interrogantī respondet? ...
10. Cūr miserī sunt liberī nautārum? ...
11. Quāndō Iūlius ā villā proficiscētur? ...
12. Quam saepe Iūlius Rōmā ad villam revertētur? ..
13. Cūr Iūlia patre suō carēre nōn vult? ...
14. Utrum Iūlia vult, frātrem an sorōrem? ...

Lēctiō III

vellē	
volō	volumus
vīs	vultis
vult	volunt
nōlle	
nōlō	nolumus
nōn vīs	nōn vultis
nōn vult	nōlunt
nōli	nōlite
advehere	
crās	
decēre	
dīligere	
domum	
occurrere	
revertī	
silentium	
silēre	
ūmidus	
ūnā	

Lectiō grammatica

tempus praesens
tempus praeteritum
tempus futurum

futurum

āct.	sing.	plūr.
[1, 2]	1 -b ō	-b imus
	2 -b is	-b itis
	3 -b it	-b unt
[3, 4]	1 -a m	-ē mus
	2 -ē s	-ē tis
	3 -e t	-e nt
pass.	sing.	plūr.
[1, 2]	1 -b or	-b imur
	2 -b eris	-b imini
	3 -b itur	-b untur
[3, 4]	1 -a r	-ē mur
	2 -ē ris	-ē mini
	3 -ē tur	-e ntur

Cap. XXI

Lectiō I

-it -erunt
[1] -āre
-āvit -āvērunt
[2] -ēre
-uīt -uērunt
[4] -īre
-īvit -īvērunt

Lectiō grammatica (versūs 165–207)

Exercitium 11

Activum

1. *Vocā|t, vidē|t, dūc|it, audi|t* tempus _____ est.
 2. *Vocā|bat, vidē|bat, dūc|ēbat, audi|ēbat* tempus _____ est.
 3. *Vocā|bit, vidē|bit, dūc|et, audi|et est* tempus _____.
 4. Futurum: persōna tertia: [1, 2] -bit, -bunt, [3, 4] -et, -ent; persōna secunda: [1, 2] _____, _____, [3, 4] _____, _____; persōna prima: [1, 2] _____, _____, [3, 4] _____, _____.
- | | | | | |
|-------------|-------------------|-------------------|-------------------|-------------------|
| | Sing. | Plūr. | Sing. | Plūr. |
| 5. Pers. 1 | <i>vocā</i> _____ | <i>vocā</i> _____ | <i>vidē</i> _____ | <i>vidē</i> _____ |
| 6. Pers. 2 | <i>vocā</i> _____ | <i>vocā</i> _____ | <i>vidē</i> _____ | <i>vidē</i> _____ |
| 7. Pers. 3 | <i>vocā</i> _____ | <i>vocā</i> _____ | <i>vidē</i> _____ | <i>vidē</i> _____ |
| 8. Pers. 1 | <i>dūc</i> _____ | <i>dūc</i> _____ | <i>audi</i> _____ | <i>audi</i> _____ |
| 9. Pers. 2 | <i>dūc</i> _____ | <i>dūc</i> _____ | <i>audi</i> _____ | <i>audi</i> _____ |
| 10. Pers. 3 | <i>dūc</i> _____ | <i>dūc</i> _____ | <i>audi</i> _____ | <i>audi</i> _____ |
11. Futurum verbī esse: singularis: pers. 1 *erō*, 2 *er*_____, 3 *er*_____; plūrālis: pers. 1 *er*_____, 2 *er*_____, 3 *er*_____.

Passivum

12. *Vocā|bitur, vidē|bitur, dūc|ētur, audi|ētur* est tempus _____ passivī.
 13. Futurum passivī: persōna tertia: [1, 2] -bitur, -buntur, [3, 4] -ētur, -entur; persōna secunda: [1, 2] _____, _____, [3, 4] _____, _____; persōna prima: [1, 2] _____, _____, [3, 4] _____, _____.
- | | | | | |
|-------------|-------------------|-------------------|-------------------|-------------------|
| | Sing. | Plūr. | Sing. | Plūr. |
| 14. Pers. 1 | <i>vocā</i> _____ | <i>vocā</i> _____ | <i>vidē</i> _____ | <i>vidē</i> _____ |
| 15. Pers. 2 | <i>vocā</i> _____ | <i>vocā</i> _____ | <i>vidē</i> _____ | <i>vidē</i> _____ |
| 16. Pers. 3 | <i>vocā</i> _____ | <i>vocā</i> _____ | <i>vidē</i> _____ | <i>vidē</i> _____ |
| 17. Pers. 1 | <i>dūc</i> _____ | <i>dūc</i> _____ | <i>audi</i> _____ | <i>audi</i> _____ |
| 18. Pers. 2 | <i>dūc</i> _____ | <i>dūc</i> _____ | <i>audi</i> _____ | <i>audi</i> _____ |
| 19. Pers. 3 | <i>dūc</i> _____ | <i>dūc</i> _____ | <i>audi</i> _____ | <i>audi</i> _____ |

CAPITVLVM VNVM ET VICESIMVM

Lectiō prīma (versūs 1–26)

Exercitium 1

1. Tergum Mārcō dolet: magister eum bis verber_____.
2. Oculī puellae rubrī sunt: puella lacrim_____.
3. Oculī puellārum rubrī sunt: puellae lacrim_____.
4. Sextus ūmidus est, quod per imbrem ambul_____.
5. Sextus sordidus est, quod humī iac_____; Titus et Mārcus eum ten_____, alter bracchium eius ten_____, alter crūra.
6. Puerī ūmidī sunt, quod per imbrem ambul_____, et sordidī, quod humī iac_____.
7. Puella iam nōn dormit: ancilla eam excit_____.
8. Neque puerī iam dormiunt: servī eōs excit_____.
9. Puella fessa nōn est, nam bene dorm_____.
10. Item puerī bene dorm_____ neque fessī sunt.
11. Iūlia, quae puerōs iam voc_____, iterum eōs vocat, nec enim puerī eam aud_____.

12. Puerī, quī Iūliam iam voc_____ , iterum eam vocant, nec enim Iūlia eōs aud_____ .
 13. Syra litterās nescit: nēmō eam litterās doc_____ .

Exercitium 2

Exempla: Pater filium vocāvit = Filius ā patre vocātus est.
 Pater filiam vocāvit = Filia ā patre vocāta est.
 Pater filiōs vocāvit = Filiī ā patre vocātī sunt.
 Pater filiās vocāvit = Filiae ā patre vocātae sunt.
 Ventus mare turbāvit = Mare ventō turbātum est.
 Ventī maria turbāvērunt = Maria ventīs turbāta sunt.
 Filius ā patre vocātus est nec eum audīvit = Pater filium vocāvit nec ab eō audītus est.

1. Servus puerum excitāvit = ...
2. Mārcus Iūliam pulsāvit = ...
3. Domina ancillās vocāvit = ...
4. Dominus servōs interrogāvit = ...
5. Mēdus Dāvum accūsāvit = ...
6. Mēdus vōcem dominī nōn audīvit = ...
7. Magister litterās Sextī laudāvit = ...
8. Magister discipulum pigrum pūnīvit = ...
9. Rōmānī oppidum hostium expugnāvērunt = ...
10. Hostēs castra Rōmāna oppugnāvērunt = ...
11. Verba Iūliī Aemiliam dēlectāvērunt = ...
12. Fulgur caelum illūstrāvit = ...
13. Puerī Iūliam vocāvērunt nec ab eā audītī sunt = ...
14. Puerī ā Iūliā vocātī sunt nec eam audīvērunt = ...

Exercitium 3

1. Hodiē māne Mārcus nōn sordidus, sed _____ [= pūrus] erat.
2. Vestīmenta eius tam _____ erant quam nix nova.
3. Nunc vērō _____ eius sordida est.
4. Nōn modo vestis Mārcī, sed etiam faciēs et manūs et _____ sordida sunt, Mārcus enim _____ iacuit.
5. _____ [= terra] propter imbrem ūmida est.
6. Pater filium suum sordidum nōn statim _____ .
7. Via quae ad villam _____ [= dūcit] nōn lāta, sed _____ est.

Exercitium 4

1. Unde Mārcus revertitur? ...
2. Estne facile Mārcum cognōscere? ...
3. Cūr vestis eius ūmida est? ...
4. Quid dē nāsō Mārcī fluit? ...
5. Quis nāsum eius pulsāvit? ...
6. Nōnne Sextus ā Mārcō pulsātus est? ...
7. Quis est māximus ex tribus discipulis? ...
8. Ubi puerī pugnāvērunt? ...
9. Cūr tam sordidus est Mārcus? ...
10. Quis Mārcum humī iacentem tenuit? ...
11. Quem Mārcus vocāvit? ...
12. Ā quō Sextus oppugnātus est? ...
13. Quōs vocāvit Sextus? ...
14. Ā quibus vōx Sextī audīta est? ...

[1] -ārī
 -ātus | est
 -āta
 -ātum |
 -ātī | sunt
 -ātae
 -āta

[4]
 -ītus | est
 -īta
 -ītum |
 -ītī | sunt
 -ītae
 -īta

angustus
 candidus
 cognōscere
 ferre
 genū
 humī
 humus
 mundus
 vestis

Lectiō II

cornū cornua
genū genua
-ū -ua
-ūs -uum
-ū -ibus

-ī -imus
-istī -istis
-it -ērunt

-us	sum	-ī	sumus
-a	es	-ae	estis
	est		sunt

ain'
aiō ais ait
aliquis
bōs
causa
cōspicere
cornū
cruor
excūsāre
indignus
interim

Lectiō secunda (versūs 27–78)

Exercitium 5

1. In fronte bovis nōn ūnum corn_____ , sed duo corn_____ sunt.
2. Bōs duo corn_____ in fronte gerit.
3. Bōs est animal duōrum corn_____ .
4. Animal ūnius corn_____ rārissimum est.
5. Ex corn_____ bovis pōculum effici potest.
6. Hominēs barbarī ē magnīs corn_____ bibunt.
7. Gen_____ est pars crūris.
8. Gen_____ Mārcī sordida sunt: in gen_____ eius sunt sordēs.
9. Mārcus gen_____ lavat, primum gen_____ dextrum, tum gen_____ sinistrum.
10. Color gen_____ sordidōrum est āter.

Exercitium 6

1. Aemilia: "Vocā puerōs, Syra!" Iūlia: "Ego eōs iam vocāv_____ ."
2. Aemilia: "Tūne puerōs iam vocāv_____ , Iūlia? Ego tē nōn audīv_____ nec puerī tē audīv_____ ."
3. Puerī veniunt, quia Iūlia eōs vocāv_____ .
4. Iūlia: "Nōne vōs mē vocāre audīv_____ , puerī?"
5. Puerī: "Certē tē audīv_____ . Cūr nōs vocāv_____ ?"
6. Aemilia: "Vocā Iūliam, Syra!" Puerī: "Nōs eam iam vocāv_____ ."
7. Aemilia: "Vōsne eam iam vocāv_____ ? Ego vōs nōn audīv_____ , nec Iūlia vōs audīv_____ ."
8. Iūlia venit, quia puerī eam vocāv_____ .
9. Puerī: "Nōne tū nōs vocāre audīv_____ , Iūlia?"
10. Iūlia: "Certē vōs audīv_____ . Cūr mē vocāv_____ ?"
11. Sextus Mārcum pulsāv_____ et ipse ā Mārcō et Titō pulsāt_____ , neque iī deinde ā Sextō pulsāt_____ .
12. Titus: "Ego et Mārcus Sextum pulsāv_____ , nec nōs deinde ab eō pulsāt_____ ."
13. Quīntus: "Vōsne Sextum pulsāv_____ nec ab eō pulsāt_____ ?"
14. Titus: "Ego sōlus pulsāt_____ nōn_____ ."
15. Quīntus: "Cūr tū pulsāt_____ nōn_____ , Tite?"
16. Puella plōrat, quia ā puerō improbō pulsāt_____ .
17. Māter filiam interrogat: "Ā quō pulsāt_____ ?"
18. Filia respondet: "Ā puerō improbō pulsāt_____ ."
19. Puellae plōrant, quia ā puerīs improbīs pulsāt_____ .
20. Māter filiās interrogat: "Ā quibus pulsāt_____ ?"
21. Filiae respondent: "Ā puerīs improbīs pulsāt_____ ."

Exercitium 7

1. Pater _____ [= sanguinem] in faciē filiī _____ [= videt].
2. Nōn sine _____ Sextus Mārcum pulsāvit.
3. Sextus, quī tam _____ est quam bōs, ā duōbus puerīs pulsātus est; neque enim Mārcus sōlus puerum validiōrem _____ potest.
4. Mārcus sē _____ cōnātur: "Sextus est puer māior et validior."
5. _____ est animal quod _____ gerit in fronte.
6. Mārcus tam sordidus est quam _____ .
7. Iūlius iam satis audivit dē _____ puerōrum.
8. Iūlius: "Nōlī mihi plūs _____ dē illā pugnā _____ !"
9. In cubiculō suō Mārcus vestem sordidam _____ et aliam vestem pūram induit: Mārcus vestīmenta _____ .

10. _____ [= dum haec aguntur] Aemilia atrium intrat.
11. Solum atrii sordidum est; mater _____ in solō cōspicit.
12. Aemilia: “_____ pedibus sordidīs in _____ mundō ambulāvit!”
13. Iūlius ‘porcum atrium intrāvisse’ _____ [= dicit].
14. Aemilia: “Quid _____?” Iūlius: “Porcum intrāvisse _____.”
15. Aemilia: “_____ tū?”

Exercitium 8

1. Quid Iūlius in faciē filiī cōspicit? ...
2. Num bōs Mārcum pulsāvit? ...
3. Cūr Mārcus sōlus Sextum vincere nōn potest? ...
4. Quī Sextum humī iacentem tenuērunt? ...
5. Cūr Iūlius pugnam puerōrum ‘indignam’ dicit? ...
6. Quō Iūlius Mārcum ire iubet? ...
7. Quid agit Mārcus in cubiculō suō? ...
8. Quis puerō novam vestem dat? ...
9. Quid Aemilia in solō cōspicit? ...
10. Quid tum ait Iūlius? ...
11. Cūr Iūlius filium suum ‘porcum’ appellat? ...
12. Tūne hāc nocte bene dormīvistī? ...

Lēctiō tertia (versūs 79–149)

Exercitium 9

Exempla: Dāvus:

“Filius/a dormīvit”

“Filiī/ae dormīvērunt”

“Filius vocātus est”

“Filia vocāta

“Filiī vocātī sunt”

“Filiae vocātae

Dāvus dicit

“filiū/am dormīvisse”

“filiōs/ās

“filiū vocātum esse”

“filiam vocātam

“filiōs vocātōs

“filiās vocātās

1. Iūlius: “Mārcus intrāvit.” Iūlius ‘Mārc_____ intr_____’ dicit.
2. Iūlius: “Puerī in viā pugnāvērunt et humī iacuērunt.” Iūlius dicit ‘puer_____ in viā pugn_____ et humī iac_____.’
3. Syra: “Iūlia ā Mārcō pulsāta est.” Syra dicit ‘Iūli_____ ā Mārcō puls_____.’
4. Sextus: “Magistrō pārui.” Sextus dicit ‘_____ magistrō pār_____.’
5. Sextus: “Ā magistrō laudātus sum.” Sextus ‘_____ ā magistrō laud_____’ dicit.
6. Dāvus: “Quīntus tōtam noctem vigilāvit nec hōram dormīvit.” Dāvus dicit ‘Quīnt_____ tōtam noctem vigil_____ nec hōram dorm_____.’
7. Mārcus: “Ego bene dormīvi, sed ā Dāvō excitātus sum.” Mārcus dicit ‘_____ bene dorm_____, sed a Dāvō excit_____.’
8. Iūlia. “Ā Syrā excitāta sum.” Iūlia dicit ‘_____ ā Syrā excit_____.’
9. Aemilia: “Discipulī ā magistrō laudātī sunt.” Aemilia dicit ‘discipul_____ ā magistrō laud_____.’
10. Iūlius: “Mārcus nōn laudātus, sed pūnitus est ā magistrō.” Iūlius dicit ‘Mārc_____ nōn laud_____, sed pūn_____ ā magistrō.’
11. Aemilia: “Mārcus pulchrē scrīpsit.” Aemilia ‘Mārc_____ pulchrē scrīps_____’ dicit.
12. Iūlius: “Eae litterae nōn ā Mārcō scrīptae sunt.” Iūlius dicit ‘e_____ litter_____ nōn ā Mārcō scrīpt_____.’

mūtāre
nārrāre
pōnere
porcus
pugna
solum
sordēs
validus
vincere

Lēctiō III

A:

“is | pugnāvit”

“ea |

“ii | pugnāvērunt”

“eae |

“ego pugnāvī”

A dicit

“eum | pugnāvisse”

“eam |

“eōs |

“eās |

“sē |

A:

“is vocātus | est”

“ea vocāta |

“ii vocātī | sunt”

“eae vocātae |

“ego vocātus/a sum”

A dicit

“eum vocātum | esse”

“eam vocātam |

“eōs vocātōs |

“eās vocātās |

“sē vocātum/am |

- [1] numerā|re
numerāy|isse
- [2] pārē|re
pārū|isse
- [3] scrib|ere
scrips|isse
- [4] audī|re
audīy|isse
- es|se
fu|isse
- ī -imus
-istī -istis
-it -erunt

13. Iūlius: "Mārcus puer improbus fuit." Iūlius 'Mārc_____ puer_____ improb_____ fu_____ ' dicit.
14. Magister: "Epistula mea iam sc̄r̄pta et signāta est." Magister dicit 'epistul_____ su_____ iam sc̄r̄pt_____ et sign_____ esse.'

Exercitium 10

1. Magister: "Sc̄r̄ibe M̄ deciēs, Mārce!" Mārcus, postquam M M M M M M M M M M sc̄r̄ips_____ : "Iam tibi pār_____ : deciēs M̄ sc̄r̄ips_____ ."
2. Magister, postquam litterās numer_____ : "Nōn pār_____, puer pigerrime! Noviēs tantum M̄ sc̄r̄ips_____, ego litterās numer_____. Nōnne aud_____ quod dīx_____?"
3. Mārcus: "Certē aud_____ quod dīx_____. At tū prāvē numer_____!"
4. Magister: "Vōs numerāte litterās, Tite et Sexte! ... Quid agitis? Nōn mē aud_____?"
5. Titus et Sextus "Certē tē aud_____ " inquit, et postquam litterās numer_____ : "Litterās numer_____ : decem sunt."
6. Magister: "Prāvē numer_____ ! Ipsī M̄ deciēs sc̄r̄ibite!"
7. Uterque puer M M M M M sc̄r̄ibit. Titus: "Iam tibi pār_____ ."
8. Magister: "Nōn pār_____, puerī pigerrimī! Quīnquiēs tantum M̄ sc̄r̄ips_____ ."
9. Titus: "At quīnque et quīnque sunt decem: ergō deciēs M̄ sc̄r̄ips_____ ."
10. Titus et Sextus magistrō pār_____, quod bis quīnquiēs M̄ sc̄r̄ips_____, nam bis quīnquiēs sunt deciēs.
11. Mārcus vērō magistrō nōn pār_____, quod noviēs tantum M̄ sc̄r̄ips_____ .
12. Sed tamen Mārcus dicit 'sē magistrō pār_____ et deciēs M̄ sc̄r̄ips_____, at magistrum prāvē numer_____ !'
13. Magister discipulōs verba sua nōn aud_____ putat, sed Titus et Sextus omnia aud_____ .
14. Iūlius: "Hodiēne probus discipulus fu_____, Mārce?"
15. Mārcus: "Certē probus fu_____. Nōs omnēs probī discipulī fu_____ ."
16. Iūlius: "Id nōn crēdō! Vōs omnēs discipulī improbī fu_____!"
17. Iūlius 'omnēs discipulōs improbōs fu_____ ' dicit, sed Mārcus sōlus improbus fu_____, cēterī probī fu_____ .

Exercitium 11

1. Mārcus in ātrium redit, _____ vestem mūtāvit.
2. Mārcus: "Magister _____ [= multās rēs] nōs docuit; primum _____ recitāvit, nesciō quid."
3. Mārcus parentibus _____ [= parvam tabulam] ostendit, quam 'suam esse' dicit.
4. Tabella vērō Sextī est, Mārcus enim tabellās mūtāvit _____ pugnam.
